PARTICVLAE LATINÆ ORATIONIS,

collectæ, dispositæ, & (ut earum Vis & Energia melius intelligi possit) Confabulatiunculis digestæ.

E primariis, & purissimis Romanæ eloquentiæ fontibus (quorum nomina sequens monstrabit Pagina) haustæ, & ordine Alphabetico sibi invicem subjectæ.

Opus & Exercitio, & Perfectiori hujus Linguæ acquisitioni plurimum conducens.

AVTORE *J.H. M.D.*

Quid Arena sine Calce?



LONDINI,
Apud THOMAM HARPERUM
1635.

Honoratiſſimo Domino, HENRICO Domino MORDANT *filio & hæredi deſignato, Illuſtriſſimi Domini* IOANNIS *Comitis de Peterburgh.*

LAtina qui plenè imbutus eſt loquelâ, tam in Artes is, quam in Scientias (ad Linguam ſcilicet quod ſpectet) penè dixerim cunctas ſuppeditatur, acſi ad unam ferè, reliquas (ignotâ hâc) ad amuſſim calleat: Exarata quippe opera elaboratiſſima quæque, aut ipſiſſimâ primitus fuere compoſita: aut aptè, necnon fideliter in eandem vertuntur ſaltem; adeo ut, ſub temporis jacturâ in alias quaſvis inſudaſſe linguas nec injuriâ cenſendum profecto eſſet: quod multiplicibus tum rationibus aperire, tum etiam authoritatibus ſtabilire poſſē clarius. Hæc pauca proximè ſubdicenda, *Honorat. Domine,* digneris perpendere: Primò; pluribus intentus, non eſt ad ſingula ſenſus. Secundò; hominum vitæ ſtadium linguarum præ variarum, & obſtruſarum abyſſo (utpote quæ magnis conatibus, vigiliis & frequentibus, ſollicitiſque animi curis acquirendæ veniunt) breve diſcernitur admodum. Hinc id temporis impendium, in ejuſdem diſpendium jure merito ducendum eſſe ſapiens prudenſque quiſque unà mecum ritè dijudicet. Tertiò,

Hebræi, Ægypti, æquè & Arabes eorum sequaces, operæ-precii jamdiu ne tantillum mandarunt literis. Deinde; Græci (ingenio alias perspicacissimi, & omnifariis refertissimi doctrinarum generibus) rerum in scientiis quibusvis, aut artibus novarum transactis nunc tandem annis vel plenè quingentis) nullatenus quicquam nobis advexerunt scriptum. Verum enimvero in loquelam interim hanc, & unicam (ætatum ferè nullis comprehensam terminis) quamplurima tùm & in speciem perpulchra, tùm & illa eruditissima sanè tradita sunt opera: quinetiam & novissimi hujus, & ævorum isti paulo prægressorum accuratissimi Prælectores hâc dictitantes, sua, & alta, & sublimia candidè & liberè protulerunt, & charactere depicta nobis reliquerunt. Postremo; hæc lingua, ob peculiarem sui naturam summopere æstimanda esset, & colenda quidem certè; animi cum conceptus, mentisque effigies præ aliis omnibus, & singulis ad vivum usque delineet, & exprimat magis; utpote quâ non solum elegantiæ vivacissimæ: sed etiam politissimæ, suisque illustratæ coloribus, & luminibus perspicuè deprehenduntur: quod (ne plura referam) ex ejusdem merè particulis huic subservientibus, facilimè detegi potest; in quibus speciosi radii, nec non energia, ornatus, & melodia undique, & undique quam clarissimè elucent, & sese exerunt. Hunc tamen sermonem incuriâ (quid ni dicam) oscitantiâ immo supina, ob ejusdem particulas recens neglectas suo esse orbum

orbum decore (proh dolor !) liquidò apparet nimis. Hinc inde provenit quod (Philologi cum hic vices & ſubeam, tum & in me ſuſtineam) orationis iſtius vim vigorem, & priſtinum nitorem, per eaſdem à me per Dialogos practicè diſtributas, & in uſum (ut ſperem) vel apprimè redactas huc attulerim in medium ; ne tanto ornamento, tantaq; perfectione ipſa privaretur.

Vigiliæ hæ ſanè meæ Te magnæ Nobilitatis Hæredem humillimè, omnique obſervantia in Patronum advocant; ſub cujus auſpiciis in lucem prodire unicè affectarunt: quas (cum ætas tua paulo evaſerit maturior) Tibi, in veterem illam, & floridam eloquentiam perfectiùs adipiſcendam uberrimi futuras eſſe fructus, conſultiùs ſperem. Et ejus interim cauſa; tum Tironibus quibuſvis, tum nonnullis provectioribus licèt, magni fore eas præſidii, rectè confidam.

Splendori Tuo addictiſſimè devotus,

IOANNES HAWKINS.



Candide Lector,

IN his qualibuſcunque Dialogis, temporum Hiſtorias, Artes, Scientiaſvè quaſvis ne expectes velim. Particularum duntaxat praxim tuis oculis hîc ſubjicio, quas è puris Romanorum fontibus haurire, transferre, & in uſum redigere ſollicitus curavi.

En quæ multis quidem voluminibus legendæ occurrunt in uno quaſi faſciculo comprehenſas.

Et quamvis, ut plærumque videre licet, ab aliquali levi diſcurſu in alium id genus tranſeam, immo jure dicam tranſiliam, conniveas meritò & indulgeas: Scias enim me in varios, & illos ſanè ſubinanes, memetipſum tranſtuliſſe coactum. Nam vix, aut ne vix quidem hæc potuiſſe aliter fieri rectè cenſeas: quod ſi Methodum, docendique modum, immò & rem ipſam ſtudioſe conſulas, vix ullas, non magno negotio adhibito politioris facundiæ deſiderabis Particulas.

Si iſtas aptiſsimè, nec non affabrè, & genuinè tibi tradiderim, quæ ſuccum, ſanguinem, colorem, ac (veluti nervuli quidam) robur Orationi induunt, opere quamvis parvo in ſpeciem, uſu certè magno potieris: etenim hinc inde fructus in veterem florentem Eloquentiam, & plenam, illamque concinnam, perpolitamque animi effigiem (Orationem intelligo) carpere poſsis.


Sin

Sin autem in his, qualicunque Minervâ, tradendis tibi ullatenùs visus fuero mancus, me saltem aliquid præstitisse confidam, quòd nonnullis hujusmodi Doctrinâ & ingenii acumine præditis ansam dederim, quos in magis accurata super his postmodum exhibenda (utpote perutilia & apprimè necessaria) me suscitaturum spero. Vale.

* *
*



Imprimatur, THO. WEEKES,
R. P. Ep. Lond. *Cap. Domest.*





DIALOGUS I.

Anselmus Bembo.

QVid novi? B. Tribus à Panamâ Miliaribus, urbe in medio continentium Peru, & Mexico sita navibus utrinque optimè instructis dimicârunt Batavi, & Hispani. Manè inita est hæc pugna. Batavas vicerunt Hispani, & strenuè profligârunt: At sese tandem, non sine consilio recollegerunt Batavi, & viriliter, arte scilicet, & ingenio illos neci omnes, ad unum propè dicam, dederunt. Hinc velim *incertos exitus pugnarum, Martemque communem* diligenter perpendas: *qui sæpe spoliantem & exultantem evertit, & percutit [ab] abjecto.* A. Quibusnam bellicis usi sunt Armis? B. Tormentis æneis, quæ magno quidem conflata fuere ingenio, & arte, hæc opportunè admodum exploserunt. A Oh! tunc nihil miri in se continet: *nihil enim valentius est [à] quo intereant; occiderunt [a] forti.* B. Quomodo vales? A. Caput mihi [a] *Sole dolet.* B. Quodnam iter ultimò confecisti tu, ut hoc tibi ac-

[*A*] [*Ab*] *causa per quā* i. ab abjecto. i. per abjectum, Cic pro Miloqe.]

Cic. Acad.

[*A*] vel [*Ab*] *causa propter quam,* Plin. lib. 24. cap. 5.

accerseres? Ad littus quidem propinquum super serijs meditans, cum de Aëris injuria incautus fui, hanc sanè mihi ægritudinem contraxi; tunc enim temporis *collucebat* [*a*] *Sole* necnon & *albescebat* mare, quod oculos mihi, pænè dixerim, occœcavit. B. Quid fit de Hieronimo, qui aliàs nobis contubernalis fuit: an adhuc carcere detentus? A. Immo, & miserrimè quidem. Huic *sæpe promisi* me pecunias [*a*] te ei, quamprimum fieri poterit, *persoluturum*: ære enim illius adhuc opprimor.

Cic. Acad. 2.

B. Sumas, [*a*] *me hoc illi dabis*. A. Infinitas, quas possum, gratias ago. Sed *pecunias numerasti* [*ab*] *ærario*? B. Maximè: hinc est quod promptè hoc tibi in mutuum dare possim, sub hac tamen sanciatur lege; ut nummos tot numero intra sex menses ad minimum mihi rectè persolvas. A. Tuæ expectationi de pecuniis reddendis nequaquam deero. Et intelliget ipse *totum* hoc [*a*] *me* non provenire. Sit etiam & tibi gratiarum actio; officium non vulgare mihi illiq; fecisti quidem certè. Pauci reperiuntur qui [*ab*] *amicis &* [*ab*] afflictorum *causa stent*. *Centessima lux est hac* [*a*] carcere ejusdem. Multa passus est [*ab*] inimicorum contumacia; *tertius & trigesimus est* mensis. Iam dehinc illum ereptum iri de laqueo venantium profectò sperem. *Nostri illi* [*a*] Theologis & sanctissimis

[*A*] vel [*Ab*] *locus aut persona unde*; persona. Cic. pro Plan.

[*A*] *Persona*, Cic Att. lib. 14.

[*Ab*] *Locus*. Cic. Ver. 5.

[*A*] vel [*Ab*] pro *Pro*. Cic. 1. de Orat.

Cic. 1. de Orat.

[*A*] vel [*Ab*] *pro Post*. Cic. pro Mil. Cic. de Sen: &c

[*A*] vel [*Ab*] *causa unde res est*. Cic. pro Mur.

ctissimis viris *moderati homines & temperati aiunt apud* bonos & *sapientes valere* misericordiam. B. Quænam autem dementia est illa quæ quosdam miserrimè cepit, seduxit, & æquè detinuit contrarium asserentes ? A. Minime, *mediocriter* [*a*] *doctrinâ instructi, angustiùs etiàm* [*a*] *natura*, [*ab*] *amicis & existimatione inopes evadunt*. Hæc sibimet ipsis *ut suaviter delectantia* [*ab*] *errore mentis tanquam salutare aliquid adsciscuntur* : [*a*] *pueris* errores imbiberunt, nec unquam iis conditio alia recipietur, indignis quidem ut [*a*] *Consiliis* Principum essent.

Hæc profiteri ausus sum, illos scilicet [*a*] *prima ætate* nullam artem, & doctrinam liberalem ullatenus dilexisse, insulsos, ineptos, omni Charitate vacuos.

[*A*] vel [*Ab*] sæpius signât *Quod attinet ad* Cic. in Brut.

[*A*] vel [*Ab*] *pro Ob* vel *Propter*. Cic. l. 1. de Legibus.

[*A*] vel [*Ab*] *ad tempus præteritum relata*. Cic.

Admonitio.

Cum de uno, à puero dicitur; cum de pluribus, à pueris.

[*A*] *ab ætate*.

Admonitio.

Ab non solum insequentibus vocalibus adhibetur, sed etiam aliis literis, ubi nullus asperior concursus existit; maximè verò liquidis *L*, & *R*. ut ab Legione, ab Rege; itemque *S* mutæ, & *I*. consonante, ut ab Sylla, ab Iove; interdum etiam *D*. & *N*. ut ab Duce, ab Nobilitate.

Dialogus 2.

Carolus, David.

C. QVid in Vrbe super Sylvæ-Ducis obsidione fertur, an perituri sunt ipsi propugnatores ? D. Vix dubi-

tandum quia inimico succumbant miserè, alii ita arbitrantur [*atque*] *Ego sic statuo*. [*Atque*] ut tu *me intelligas* velim ipsorum Batavorum perpendas consilia, an frustra unquam hujusmodi acceperunt negotia.

[*Atque*] usurpatur *insequente vocali*, Cic. pro Sext. Cic pro lege Manilia.

C. [*Ac*] *primum* ex multis præcessis, & tandem ex Trajecti ad Mosam obsidione conjectari poteris ad optatum finem omnia perduxerunt ipsi.

[*Ac*] *et atq;* *in principiis periodorum* ponuntur. [*Ac*] ponitur *insequente quavis liquida, muta, & consonante præter C. & Q. tum* enim pro ac reponitur, [*Et*] Cic. pro lege Manilia. Ante C. & Q. ponitur *Et*.

D. [*Et*] *quoniam* disciplinæ militaris peritia multum in bellis administrandis valet, ipsi multos præclarissimos precibus, [*ac*] præmio conduxerunt in hunc finem: Et causas [*atque*] *illas* graves, se nobis posse referre prætendunt.

[*Atque*] usurpatur in seq vocali, ut supra.

Dialogus 3.

Emanuel. Samuel.

E. SIs fœlix. F. Et tu Emanuel. E. Quid rei vesperi postero apud tuos actum fuit congerrones? F. Multus *sermo* [*ad*] *multam noctem*, atque ad satietatem (quid dico?) atque ad insaniam usque compotaverunt: unus ex iis ad assem expensa solvit quæque. E. Quid hominis hoc tam profuse iis erogaverit? F. Is idem fuit Thomas. E. Quibusnam edulliis excepti estis scire mihi liceat? F. Inter

[*Ad*] pro usque ad. Cic. Att. lib. 13.

ter alia obſonia, & illa quidem opipara, hoc unum menſæ appoſitum: juſculi ſcilicet quoddam genus ex aqua & vino confectum *decoctum* [*ad*] *dimidias* in quo multa Caro & Phaſiana & vitulina, & præſtantiſſimæ aviculæ abſque numero fuerunt coctæ. alii verò id genus obſonium ad tertias decoquunt, mihi multum ambræ griſeæ immixtum fuit. E. Quomodo guſtui placuit? F. Diverſorum hominum variæ fuerunt ſententiæ. Viginti fuere Conſeſſores, [*ad*] *quindecim optimum eſſe aſſenſerunt.* [*Ad*] *feſtos dies* proximè adventuros ferculum id genus repetunt: illuc ſe iterum recipiunt, & in hunc quidem finem pecunias ſinguli contribuerunt. E. Cum advenerit tempus unà vobiſcum adero ipſe: faxit Deus cum frater meus [*ad*] *urbem* conceſſerit, de hac conventione nil prorſus ſentiat. F. Quid eſt quod audiveris de illa noviſſima navali pugna; & deinde ubi fuerit concertata? E. Vicerunt Batavi; pugnaque [*ad*] Dubrim. F. An iſti Batavi totum in bella Navalia ſe dedant, quod adeo experti evaſerint ut iis ſucceſſus ſemper penè dixerim ſubſerviat. E. Solertiſſimi ſunt & ingenioſi, *impigri* [*ad*] *labores, fortes* [*ad*] *pericula, periti* [*ad*] *uſum & diſciplinam, prudentes* [*ad*] *conſilia, fœlices* [*ad*] *caſum fortunamque.* Ad alias tamen res ſe addicunt ejuſdem Nationis varii: non deſiderantur qui

[*Ad*] *Refertur ad partes*, Plin. lib. 2. cap. 3.

[*Ad*] *pro circiter*, Cic. ad Q. F. lib. 2. ep. 1.

[*Ad*] *aliquando uſum ſignificat.* Cic. 6 Ver.

[*Ad*] *pro apud ad locum aliquando refertur*, Cic. 4. Ver.

[*Ad*] locum, ut ſupra, Cic. pro Mur.

[*Ad*] *pro quod attinet* ad Cic. pro Font.

[*Ad*] *nonnunquam ad alias res*. Cic. 4. Tusc.

[*Ad*] *alias ad personam refertur*. Cic. 2. Ver.

[*Ad*,] *pro Quod attinet ad*. Cic. 3. Ver.

[*Ad*] interdum ponitur *pro secundum*. Cic pro Orat.

[*Ad*,] alias *pro adversus* Cic. 1. de Divin.

[*Ad*] *prope* Cic. 2. de Orat. Terent. Eun.

[*ad*] *Tibiam canunt clarorum virorum laudes*, ad literas alii, ad mechanicas quamplurimi. F. Quid heri protulit Orator de causa tunc temporis agitata? E. [*Ad*] *populum*, ad Iudices *magna contentione* causam hanc promovit. Magnus Senatorum consessus fuit. Et *forum, Comitiumque vidi adornatum* [*ad*] *speciem magnifico ornatu*, [*ad*] *sensum cogitationemque acerbo & lugubri*. Nihil ex ijs orationibus prævaluit Præco. Reus enim tandem aliquando planè compertus est, Præconem omnia in delinquentis gratiam & velle locutum fuisse rite subolucrunt; nihil enim illum [*ad*] veritatem protulisse iis liquidò comparuit, utpote qui [*ad*] *arbitrium & clientis nutum totumse finxit & accommodavit*. F. Quamplurima novissima nobis delata sunt de Viperæ mirabili naturâ, quæ optima in usus Medicos transiata esse perhibetur. Quod ad me spectat, nil dubito quin Deus multas nobis remediorum materias per ista animalia benignè impertierit, itidem & per alias Creaturas *Mirari licet quæ sint animadversa herbarum genera, quæ radicum* [*ad*] *morsus bestiarum*, [*ad*] *oculorum morbos*, [*ad*] *vulnera*. E. Quid tibi videtur de nostro Palingenio? F. Insignis is quidem est, *sed nihil* [*ad*] *Lucanum, nihil* [*ad*] *nostrum* quem præ manibus tenemus Virgilium. Iam nunc eamus unà ad instructissimam istius civi-

civitatis Bibliothecam, plures tibi multis quidem parasangis illi præferendas oculis tuis objiciam. E. *Nescio quid intersit utrum nunc, an* [*ad*] *decem dies* differamus hoc iter.

F. [*Ad diem*] te operiar; tempus præstitutum præscribas: postridiè te conveniam; unà ibimus, [*ad diem dictam*] non defecero; sin autem aliquid advenerit quod nullo possim modo, cras scies, [*ad summum*] perendie.

E. Te in hunc finem sæpe sæpius anxius quæsivi.

F. *Bis, terve* [*ad summum*] pro me petisti.

E. Quid fertur de altercationibus inter Thomam & Richardum habitis. F. [*Ad summam*] ne longâ oratione te detineam, scias Richardum vicisse: primùm alterius amici quidam occultè suspirarunt, postea gemuerunt, [*ad extremum*] *vero loqui omnes & clamare* cœperunt, jure merito illum condemnatum fuisse asserentes.

[*Ad*] alias *pro post* Cic. Att. lib. 11.

[*Ad diem*,] *tempus præstitum significat.* Cic. pro Rosc.

[*Ad diem dictam*] *præstitutum denotat tempus.* Cic lib. 16. Ep. 11.

[*Ad summum*,] *ad tempus vel numerum refertur.* Cic pro Milon.

Cic. lib. 1. Epist 1.

[*Ad summam*] *idem quod in summa*, Cic. lib. 1. de Offic.

[*Ad extremum*,] ad postremum ad ultimum. Historicis familiare.

Dialogus 4.

Giraldus. Henricus.

G. CHartam mihi scriptoriam, puram etiam & illam, parari cures, necnon atramentum & ceram sigillatoriam:

 toriam:

toriam : his enim quamprimum mihi opus est. Quod facis fac citò, ad Bernardum scripturio, *Litera* quas ad me novissimè dedit, *me* [*admodum*] *delectarunt:* nudius-tertiùs literas à Dolmano quasdam accepi, qui *literarum* [*admodum nihil*] *scit.* Ne morare quod facto opus est expedias.

H. Ecce discedo, *nisi si quid* [*adbuc*] *fortè vis.*

G. Attulistine omnia quæ huc afferenda tibi imperavi?

H. Maximè

G. Quid in urbe de illo qui nudiusquartùs in ergastulum fuerit conjectus jam tandem fertur?

H. Nequissimus detegitur, vix ulli Gentium illi secundum invenias. Nulla enim *pietas* [*adversus*] *Deum*, ne minima reverentia [*adversus*] *homines*. Cæteris malitiis ejus omninò repositis, [*adversus*] *edictum* libellos famosos subdolè hic illicque sparsit: diu quisquis eorum author fuerit penitus latuit, quamplurimis [*adversus*] *leges*, [*adversus*] *rempublicam* multa machinari facinora injustissime imponit.

G. Quomodo sese habet Gulielmus ab integerrimi illius amici morte? H. *Caret* [*ægré*,] nec sanè mirum; cohabitarunt enim diu, & magna hinc inde inter eos coaluit amicitia. Superstes *vidit illum unum virum esse in quo summa essent omnia,* eò

[*Admodum*] *significat satis seu valde*, Cic. Att. lib. 8.
[*Admodum nihil,*] vel *nihil admodum, pro nihil omnino, aut penè nihil* usurpari solet, quia quod admodum nihil est pro nihilo habetur, Cic. in Brut.
Interdum [*adbuc*] *pro præter* usurpatur, Cic. de Amicitia.

[*Adversus,*] *idem est ac erga*, nec solum in malam partem accipitur, sed etiam in bonam, Cic lib. 1. de na: Deorum. Cic. lib. 1. Offic.
[*Adversus*] interdum pro contra, Terent. Hecyr.
[*Adversus*, *adversum*] *interdum pro contra*, Cic. 1. Ver.
[*Ægrè*] adverbium ab ægro ductum, Cic. Att lib. 17.

eò caret [*ægrius.*] Ab intimi amici illius morte, casu in quendam illum sugillantem incidit. *Nihil illi* [*ægriùs*] *factum est* quam detineri ab illo, aliàs in illius faciem magno quidem impetu involasset, utique [*ægrè*] *sustinuisset* illius *impetum*, quippe qui & magnanimus est & robustus.

[Ægrius] Cic. pro lege Manilia.

[Ægriùs] Cic. 6. Ver.

[Ægrè] interdum est *difficile*, Cic. 6. Ver.

Dialogus 5.

Ieronimus & Leonardus.

I. GRatissimus mihi tuus est adventus, nec mihi quicquam magis solenne quam tuo gaudere consortio, à me ne hinc latum unguem discedas. *Quãtum præsens me adjuvare potueris consolando & propè* [*æquè*] *dolendo* perpende: deinde *nemo est quicum essem libentiùs quam tecum, & pauci quibuscum* [*æquè*] *libenter*. L. Cùm ita vis, sisto pedem, hic quamdiu negotia mea permittent moraturus. I. Infinitas quas possum tibi gratias impertio. L. Quid dicitur de Bembi copijs? I. Illum magnas accumulasse divitias ferunt omnes. Et quod illi solatium insigne est, frater illius quem unice diligit [*æquè ac*] ipse censibus abundat. L. Quomodo adversus te, tuus se gerit cognatus? I. *Me colit, & observat* [*æquè atque*] *illi essem patronus*. L. Consilio quidem fit, & illi &

[Æquè] ab æquo dictum interdum *absolutè* ponitur, Cic. 4. ep. 6.

[Æquè] *absolutè*, Cic. lib. 5. ep. 21.

[Æquè ac] Cic. de Amicitia.

[Æquè atque] Cic. lib. 13. ep. 43.

& unicuique clarè innotescit illum tibi multis sanè nominibus obstrictum esse, nec [*æquè*] ingratus tibi esse potest [*ut*] alii quamplurimi inveniuntur, cùm longè aliter à natura dotatus est, [*æquè &*] semper gratitudinem coluerit.

[*Æquè ut*] Cic. pro Dom.

[*Æquè &*] Cic. 2. Tusc.

Dialogus 6.

Marcus. Nathaniel.

[*Age,*] *Agedum, Age nunc, aliquando advertentis, aliquando ad alia transeuntis*, Cic. pro Cluent.

[*Agedum*] Cic. pro Sylla.

Age vero, *Agesis vero* [*Agesis nunc,*] *transitioni serviunt*. Cic. 2. Tusc.

M. [A*Ge*] *quoniam* hic consedimus paulisper confabulemur, sit apud te inventio, quoad potero tibi respondebo. N. Fiat. An Clavius Scoto doctrinâ anteferendus sit? M. Scotus, si antiquorum, imo etiam & Neotericorum judicium recipiendum sit, denominatus est subtilis. N. [*Agedum*,] *conferto nunc* cum illius doctrinâ doctrinam alterius. Scotus enim ea, ferè dicam, tradidit, quæ ab aliis, ut plurimùm, accepit: magnum hoc est pensum: inventis parum addidisse non ducitur. M. [*Agesis nunc*,] *videamus* quis fuerit Clavius intimiùs perpendas. Cœlestia quippe corpora præ omnibus exactiùs & demonstrativè magis depinxit, & quamplurima quæ cæteri ne quidem tractarunt, invenit & solidè stabilivit. Commentatori inventor anteferendus est.

N.

N. [*Age vero*,] quid fertur de *insigni* judicio & moribus ipsius Bembi? M. Illius judicium ad cœlum usque effertur, nec non & illius temperantia. N. [*Agesis vero*] quid de Heliodoro.

M. Breviter exponam: si ullibi perfectissimus omni virtutum genere inveniatur, hic ille idem est. [*Agesis nunc*] *de ratione videamus* eleëmosynas singulis diebus dat pauperibus. Literaturam omni conatu promovet. Ædificium in hunc finem, magnificum & illud, construxit, quinctiam in alumnorum alimoniam & disciplinam splendidè dotavit. In summa, pius est. Sisto. Hoc unum addo, vir omni ferè dicam literarum genere instructissimus is est. N. [*Age*,] *refer* [*nunc*] *animum* [*sis*] ad veritatem. M. Seriò quidem locutus sum ipse.

N. [*Age sanè*] *inquam*, [*Age*] *sit ita* dixisti, fidem tibi adhibeo, semper enim veridicum te deprehendi. [*Age, age*,] *satis enim scitè* tuis quidem verbis hunc, & ad vivum depinxisti, acquiesco. M. Paucis ab hinc diebus Geraldi calcearii mancipium sese in fugam arripuit. Nihil surripuit, captus est. Culpæ veniam humillimè petiit. N Et deinde tu quid in delinquentis gratiam promovisti. M. Hisce usus sum verbis. [*Age*] humiliatis & veniam petentibus misericordia impertienda. At ipse nec exemplis nec prece movetur, sis tu illi in adjutorē, & quod opus est facto, quam-

[*Age vero*] *transitioni servit*. Cic. pro lege Manilia.

[*Agesis vero*] *transitioni servit*. Cic. in partit.

[*Agesis nunc*] *transitioni servit*. Cic. 2. Tusc.

[*Agesis*] *interdum disjungitur*. Cic. pro Rosc. Am.

[*Age sanè*] *concedentis*, Cic. de Fin.

[*Age concedentis*, Cic. pro Mil.

[*Age Age*] *concedentis*, Cic lib. 5. de Fin.

[*Age*] *interdum instantis*, Cic. 5. Phil.

quamprimùm facias. N. Illum jam jam conveniam ipse, paucis præcursis ita loquuturus. [*Age porrò*] *tu qui te tam religiosum existimari voluisti*. An non exemplis & sacris consilijs refragaris, quod inflexibilem & sine misericordia temet demonstres utique? cave inquam.

[*Age porrò*] instantiùs Cic. 5. Ver.

Dialogus 7.

Oliverus & Philippus.

O. A Panni tinctore venio: pannum ex albo tinxit, cujus color mihi prima facie vividus ex rubro visus est, eundem perendie attentiùs aspexi, aliud esse mihi videbatur. P. Nonne [*aliud*] fuit lumen tunc temporis [*atque*] primum? *potest non solum* [*aliud*] *mihi* [*ac*] *tibi; sed mihi-ipsi aliàs aliud videri.* Tu forsan pannum hunc primùm à candelæ luce aspexisti, & secundò per solis lumen utique. *Lux* [*alia*] *est solis* [*&*] *lychnorum.* O. Quid est quod ruri jamdudum egeris? P. Prædium mihi proprium præ manibus habeo. O. Animalia inibi pascis? P. Minimè, non sum illius compos. O. Si pastionem non noveris, agriculturam saltem? P. Et quidni non, [*Alius*] *est Opilio* [*&*] *arator.* O. Qui fiebat quod te decepit tinctor? P. Ob illius lucrum. Nam parca manu coccum liquori immiscuit: promisit autem se nec sumptibus nec arte defuturum

[*Aliud*] sæpe jungitur cum [*atque*] Cic. lib. 1. ep. 9

[*Aliud*] sæpe jungitur cum [*Ac*.] Cic. de Orat.

[*Alius*] sæpe jungitur cum [*Et*.] Cic. pro Marc. Cælio.

[*Alius*] cum [*Et*,] Cic. lib. 2. de rustica.

rum

rum. O. *Dolus hic malus est, cum [aliud] dicitur, [aliud] simulatur [aliis irridendus [aliis] miserendus esse videatur.* In illius magnum quidem dispendium hæc tandem innotescent omnibus. P. Ne illi tamen maledicas, rectè accuses. [*Aliud*] *est maledicere,* [*aliud*] *accusare.* O. Quid dicitur de legatione ad Hetruscos? P. *Fertur* [*aliam*] *legationem dictam fuisse,* [*aliam*] autem *datam esse.* O. Quid de carminibus Langij? historiam esse non poëma mordicùs quidem asseverant, quamvis metro opus sit traditum. P. Ita sese res habeat, [*Alias*] *enim in historia leges observandas putant docti,* [*alias*] *in poëmate:* Super hac re [*alii*] *ex* [*alia*] *parte* omnia metro tradita vocant poëmata: longe errant. O. Ovidii Metamorphosis mihi valdè arridet, imò quidem me in stuporem, pœnè dixerim, rapit *admirabilis* mihi *quadam continuatio seriesque rerum, ut* [*alia*] *ex* [*aliâ*] *nexa, & omnes inter se apta colligataque videantur.* Miror illius ingenium, nec minus illum tantum oneris in se suscepisse. P. *Homines hominum causâ esse generatos, ut* [*alii aliis*] *prodesse possint* tibi velim persuadeas. A. Curione abhinc paucis diebus duas accepi literas, [*aliam alia*] *jucundiorem*, ut refert [*alium alio*] *gravius de mea salute dixisse,* cùm ipse rectè noverit me bene valere? in ultima illius epistola super hac re solum scripsit, [*alia alio*] *tempore* tractabit. O. Agyrta quidam, nulli

[*Alius, Alia, Aliud,*] sæpè iteratur eodem *casu*, Cic. Top. & Cic. 1. de Oratore.

[*Aliud*] *in eodem casu*, Cic. pro Cæl.

[*Alius*] *in eodem casu*, Cic. Att. lib. 2. ep. 7.

[*Alius*] *in eodem casu* Cic. 1. de legib.

[*Alius*] *iteratur diverso casu*, Cic. 3. Ver.

[*Alius*] *iteratur diverso casu*, Cic. de nat. Deorum.

[*Alius*] *iteratur diverso casu*, Cic. 1. Offic

[*Alius*] *iteratur diverso casu*, Cic. Att. l. 7.

[*Alius*] *iteratur diverso casu*, Cic. pro Sexto.

nulli sua arte secundus, chartas cæterasque id genus quisquilias aptè, ut iis moris est, in visus deceptionem disposuit. Spectatores fuere admodum attenti quis futurus esset eventus. *Simia quædam & chartas ipsas, & cætera quæ erant ad hoc negoti parata* [*disturbavit*], & [*alia aliò*] dissipavit. P. Mihi promisisti te Thomam visitaturum, quod neglexisti.

[*Alius*] cum [*aliò*] *adverbio* jungitur, Cic. 1. de Divin.

O. [*Aliud ex alio*] *me quotidie impedit.* Illius servum male agendo adhuc persistere accepi.

[*Aliud ex alio*] eleganter dicitur, *pro una res post aliam*, Cic. lib. 9. ep.

P. Nunquam [*aliud*] ineptiarum [*ex alio*] facere *destitit.* O. discedendum est mihi. P. Imò & mihi quidem certè [*Aliud ex alio*] nos in discursu excipit. In horam confabulati sumus.

[*Aliud ex alio*] ut supra, Cic. ad Att.

[*Aliud ex alio*] interdum *seriem rerum connexarum significat*, Cic Att. lib. 10.

Dialogus 8.

Quæstor. Raymundus.

Q. AGyrtæ mira præstare videntur, visum valdè decipiunt, tria spectatori sub duorum specie oculis objiciũt; aliquando autem tria quatuor esse videntur. R. *Potest non solùm* [*aliud*] *mihi ac tibi, sed mihi ipsi* [*aliàs aliud*] *videri.* Reperiunt quidem quamplurimi *qui* [*alias aliud*] *de iisdem rebus judicant.* In rebus scilicet

[*Aliud, alias*] Cic. 1. de Orat.

[*Alias, aliud,*] ut supra Cic. 2. de Orat.

scilicet scientificis *uterque nostrûm* [*aliàs aliud*] *defendit*. Circulatores isti in visus deceptionem omnes intendunt nervos, nec hinc mirum vos alia atque alia imaginatione huc & illuc transferri. Q. Virgilius, ut notum tibi est in Turni elogio, præclara quidem carmina cecinit, è poëtis Neotericis quidam, eadem in Mœcenatem suum transtulit. R. Quidni non? *Iidem versus* [*alias*] *in* [*aliam*] *rem* & personam *accommodari possint*. Q. Literásne novissimè accepisti á Pompeio? R. Binas nudius-quartùs accepi, in quibus utrisque scribit, nullam [*aliam*] *fuisse causam intermissionis literarum* [*nisi*] *quod ubi essem planè nesciebat*. Q. Dubitandum non est quin te summopere colit. R. Quid de lite inter Robertũ & Ludovicũ meminit? Q. *Ita suscipitur*, infit, *ut nihil* [*aliud nisi*] *pax quæsita videatur*, & quamprimum potero huic dissidio finem imponam. *Quid* enim [*aliud*] est litigare, [*nisi*] jurisperitos ditare, & anxietatem in se contrahere? R. Domum tuam heri á colono & columbæ & Perdices, & auium mihi ignotarum variæ species allatæ sunt, *rogasti* autem *nunquid* [*aliud*] *ferret* [*præter*] *ea?* An non sufficerent tibi in mensem tot eduliorum varietates? Cave ne sis epulo. Q. Excipiendi fuerunt Magnates.

R. Non [*aliud*] *opus est* [*quam*] quod temeritati meæ ignoscas.

Dialogus

[*Alias, Aliud*] ut supra Cic. 1. de Orat.

[*Aliàs Aliud*,] Cic. lib. 2. de Divin.

[*Aliud*] cum [*nisi*] Cic lib 7. ep.

[*Aliud*] cum [*nisi*] Cic. lib. 1 Offic.

[*Aliud*] cum [*nisi*] Cic. de Senect.

[*Aliud*] cum [*præter*] Cic. lib. 2. de Orat.

[*Aliud*] jungitur rarius cum [*quam*] Cic. Att lib. 3. ep. 15.

Dialogus 9.

Samuel, Thomas.

S. QVid rei, cur tu mœstus? T. [*Aliàs*] tristis, [*alias*] hilaris sum; [*aliâs*] *contentiùs*, [*aliàs*] *remissiùs*. S. Literarum tuarum sensus, ad me nudiustertiùs scriptarum, meæ sententiæ omninò quadrat. Te autem idem non sentire audio. T. Ineptè hæc tuis insusurrant auribus. *Ne sim salvus si* [*aliter*] *scribo* [*ac*] *sentio*, neque unquam [*aliter atque*] sentiam scribam: [*aliter*] se gesserunt [*atque ut*] existimentur justi.

[*Alias*] *interdum iteratur*, Cic. 3 Ver. Cic. 3. de Orat.

[*Aliter*] cum [*ac*] Cic. 16. ep. 12.
[*Aliter atque*] Cic. lib 16. ad Att. ep. 12.

S. Equidem nunquam [*aliter atque*] *ostenderam* sentii.

[*Aliter atqui*] Cic. lib. 2. ep. 32

T. Quid novissimè, de Gonsalvi itinere dicitur?

S. Nihil [*aliter*] *audio* [*atque ut*] *ad te scribebam.*

[*Aliter atque ut*] Cic. lib. 16. ad Att. ep. 12.

T. Qui fiebat quòd horâ quarta pomeridianâ hesternâ te nullibi potuerim invenire?

S. Quendam conveniebam cui non poteram non succensere, laudibus ad cœlos ingenium mihi attribuit: illum silere exoravi, nec [*aliter quam*] *ego velim meum laudet ingenium.* Multi loquaces & adulatores ubique reperiuntur, qui [*aliter*] corâm [*&*] absentibus loquuntur.

[*Aliter*] cum *quam* Cic. 3. Ver.
[*Aliter*] cum [*&*] Cic. Att. lib. 10. ep 9.

T.

T. Quid de museoli tui fabrica maturius decrevisti?

S. *Illud quidem mutari, si* [*aliter*] *est* [*ut*] *oportet, non video posse. Tu si* [*aliter*] existimes, errabis. *Non fuit faciendum* [*aliter.*] Sed [*aliter*] quidam, [*aliter*] alii sentiunt: quot homines, tot sententiæ, [*aliter*] cum basi, [*aliter*] cum superstructura.

[*Aliter*] cum [*ut*] Cic. Att. lib. 11. ep. 15
[*Aliter*] absolutè, Cic. lib. 3. ep. 7.
[*Aliter*] absolutè, Cic. Att. lib. 6. ep. 9.
[*Aliter*] iteratum, Cic. 3. Offic.
[*Aliter*] iteratum, Cic. Att. lib. 13.

T. Cur tamdiu heri moratus es, in hospitio ad insigne plumarum? S. *Expectabam Tabellarium*, qui ibi [*aliquot*] *epistolas* ab Alexandro ad me dedit.

[*Aliquis*] *ad unam ferme rem aut personam*, Cic. Att. lib. 3.
[*Aliquot*] *ad numerum*, Cic. lib. 7. ep. 1. Cic. Att. lib. 9.

T. Quid de adventu dicit?

S. Ait, *si salvus sit, & constiterit* [*alicubi*] se breui venturum.

[*Alicubi*] est *aliquo in loco*, Cic. Att. 9.

T. Vbinam gentium est? S. Parisiis.

T. O utinam [*alibi*] esset; locus enim ille non vacat periculis. Paucis ante diebus Aureliam vidit. *certissimè* [*alicunde*] *venit* à Provinciis illinc non longè dissitis.

[*Alibi*] *alio in loco*, Cic. 1. Acad.
[*Alicunde*] est *ab aliquo loco*, Terent. Andr.

S. Forsan ab aula regia apud bellum fontem. T. Minimè, admodum rarò sese illuc confert, absque dubio [*aliunde*] venit.

[*Aliunde*] est *ab alio loco*, Cic. pro Lig.

Dialogus 10.

Vairus. Xenophon.

[*Aliquoties*] ab aliquot dictum est, *ad numerum refertur*, Cic. 3. Ver.

V. AN quicquam audivisti de Bembo? X. Maximè: integra jam sanitate fruitur: [*aliquoties*] *literas ad socios misit.*

[*Aliquando,*] ex alius & quando conflatum, *ad tempus accommodatur*, Cic. lib. 5. ep. 8.

[*Aliquando*] *interdum ponitur pro unquam*, Cic. pro Cæl.

[*Aliquando*] ut supra, Cic. 15. Acad.

V. Quid rei tibi & mihi, quod uterque Zoilos aliquando convenimus, qui *& te nonnunquam à me alienarunt, & me* [*aliquando*] *immutarunt tibi?* Quis nobilis *meliorum partium* [*aliquando*] hæc faceret?

X. Num hæc innotescunt tibi [*aliquando?*]

V. Maxime, nec id genus hominibus unquam fidem adhibiturus sum.

[*Aliquando*] *interdum pro aliquo tempore*, Cic. lib. 6. ep. 6.

[*Aliquando*] *persæpè pro tandem* usurpari solet, Cic. pro Cluent.

X. Nec ipse quidem certè. V. Vt valet Antonius? X. Laborat è febre, illáque sane ardentissimâ. V. Non deero illius saluti, *cum ille* [*aliquando*] *non defuisset meæ*: me valde angit quod mihi retulisti, adeo ut vix adhuc ullius consilii sim capax: *collegi me* [*aliquando,*] *atque ita constitui*, istius urbis Protomedicum quamprimum accersam; precibus illum vincam, & præmio, nec vulgari quidem, illum conducam. X. An non eò adhuc ventum est, ut

[*Aliquando.*] ut supra, Cic. 3. Ver.

[*Aliquando*] ut supra, Cic. de Aruſp. resp.

Thomæ [*aliquando*] *misereantur* creditores, ut sit illius miseriarum *finis* [*aliquando?*] Si clementer jam agatur cum eo, spero

spero *hunc infœlicem* [*aliquando tandem*] *posse consistere.*

[*Aliquando tandem*] nec rarò adjungitur majoris explicationis gratia, Cic. pro Quinct.

Dialogus 11.

Antonius. Bertaldus.

A. NOvissimè incarcerati sunt duo; *quorum* [*alter*] *exercitum prodidit,* [*alter*] *vendidit,* [*Alter*] *ab* [*Altero*] *adjutus fuit.*

[*Alter*] *ferè de duobus* dicitur, ut *alius de pluribus*, Cic. pro Planc. Cic. pro Brut.

B. At quid fecerunt proditi?

A. [*Alteri*] *dimicarunt;* [*alteri*] *victorem timuerunt.*

[*Alter*] *dicitur de pluribus duarum partium,* Cic. lib. 6. ep. 1.

A. Quis processus & eventus ipsius causæ Ronsei fuerit nondum accepi.

B. Magnus fuit judicum consessus, & solennis admodum, *primo die tanto testium numero citato,* [*alter*] *dies amicis istius & defensoribus concessus, tertius dies sic hominem prosternebat,* ut nihil magis: *proximo,* [*altero*] *tertio* hæc acta fuere. A. Hinc Ronsei liti finis impositus est? B. Nequaquam, *etiamsi* [*alterum tantum*] *perdundum sit.*

[*Alter*] *pro secundo in enumeratione plurium,* Cic. 1. Ver.

[*Alter*] ut supra 3. Phil.

[*Alterum tantum*] Plaut. Epid.

A. Quantum nummorum dedit jurisperito in honorarium? B. Viginti aureos, & tamen asseruit se [*alterum tantum*] *auri meruisse.* A. Multos è Reginaldi militibus occisos esse accepi, [*alterum tantum*] é Fonsecæ: opimam prædam obtinuerunt victores,

[*Alterum tantum*] ut supra, Plaut. Bacchid.

[*Alterum tantum*] ut supra Liv. lib. 8.

victores, *militibus* quippe *ex præda centenos binos asses,* [*alterum tantum*] *Centurionibus, atque Equitibus dirigit Imperator.*

[*Alterum tantum,*] ut supra Liv. lib. 10.

B. Disceptationem esse audio inter fabricatores super columnæ Bergomensis figura, aiunt ex arte necesse esse, *partem pedis ejusdem aut æqualem esse alteri parti, aut* [*altero tanto,*] *aut sesqui esse majorem.*

[*Alterum tantum,*] ut supra, Cic. in Orat.

Dialogus 12.

Curio. Delcampus

C. QVi fit quod litem in Titum & Bembum moveas? *Non est tuæ dignitatatis ac fidei, ut contra* [*alterutrum,*] cùm *utrique sis conjunctissimus*, ita facias.

[*Alteruter*] pronomen, sive unus, sive alter, Cic. Att. lib. 9.

D. Quid vis faciam? Meis necessitatibus deesse non licet. *Si tibi videatur,* [*alteruter*] *ad me veniat.* Paucis omnia quoad potero expediam.

[*Alteruter,*] ut supra, Cic. Att. lib. 8.

C. Heri unum vidi duobus pugnantem, is unus magnanimus & admodum dexter: [*alterno*] *terram quatiit pede,* tanta agilitate, ut miraculi instar mihi comparuit. In summa utrosque devicit. Alternis mensibus aliquando alterno die concertarunt alacritèr.

[*Alternus,*] ab altero dictum, Horat. carm. lib. 1.

D.

D. Cantiones heri præclaras audivi quæ me valdè delectarunt: cantatores [*alternis*] cantarunt.

C. [*Alternis*] *facilis labor.*

[*Alternis*,] intelligitur *vicibus*, aut aliquid ejusmodi, Virg. Ecloc. 3. & 1. Georgic. *Pro quo* (*vicissim*) solet dicici.

Dialogus 13.

Eleutherius, Fromberius.

E. QVanti æstimas galerum? F. Librâ. E. Non tanti est. Tibi in hoc sexdecim solidos tradam. F. Hujusmodi precio, non sine incommodo mihi maximo vendere possim. E. Electio sit penes te: *daturus non sum* [*amplius*.]

[*Amplius*,] *sæpè idem est quod plus*, Cic. 3. Ver.

F. Imò si ipse vili precio cuivis transferrem, penes te judicium esto. [*Amplius*] *sunt* sex menses, quòd pecuniæ tot numero oblatæ mihi fuere. Quod à te peto, amplius quam centum mihi solvere exoptarunt.

[*Amplius*] accommodatur *ad tempus*, Cic. pro Rosc.

E. Quid rei hîc apud proximum tuum agitur, quòd tantus occurrit populus?

F. Comitia illic jam fiunt. Consessus *heris tribus* [*amplius*] habitus fuit.

[*Amplius*] accommodatur *ad numerum*, Cic. 6. Ver.

E. Quanti ponderis est hæc tua Cisterna?

F. Centum *pondo paulo* [*amplius*.]

[*Amplius*] ut supra Cic. pro Flac.

Dialogus 14.

Gonsalvus, Henricus.

[*An*] sæpe interrogandi servit, & *Aunt*, Cic. 4 Ver.

G. P*Ostulo mihi respondeas qui sit iste Verrutius, mercator,* [*an*] *arator,* [*an*] *pecuarius?*

H. Is, quidem è nobilibus unus.

[*An*] ut supra, Cic. lib. 1. ep. 2.

G. Qui fit quòd jam primùm compares? *Nos hic te ad mensem Aprilem expectabamus ex quodam rumore;* [*an*] *ex literis ad alios missis nescio.*

H. Ex rumore. Non enim huc citiùs advenire ullatenus decrevi, cùm me negotiis undique ad tempus detentum iri deprehenderem. G. Quid novi nunc geritur Brundusii? H. Ibi ad mœnia inter Clodium & Iulium incerti exitus Duellum pugnatum est: nobilium quorundam occursu dimicantes divulsi fuere. *Clodius postmodum* [*ante*] *suum fundum eidem Julio insidias collocavit*; sed irritus omnis illius conatus prorsus evasit.

[*Ante*] Præpositio est quoties casum regit, ac sæpe ad locum, personam, tempus accommodatur.

[*Ante*] accommodatur ad locum, Cic. pro Mil.

[*Ante*] accomodatur ad personā, Cic. 6. Ver.

G. Quid tum postea?

H. Coram comitiis citatus est Clodius: [*ante*] *hos judices erant tabulæ*, uti in carcerem ad sex menses detrudendum esse quenque qui alteri hocce modo unquam insidiatus fuerit; habetur constitutionem hanc apud eandem quidem nationem [*ante*] *urbem conditam* fuisse institutam: ad

[*Ante*] accommodatur ad tempus, Cic.

ad has scriptas leges inflicta est illi pœna.

G. Robertum & Carolum gravissimis morbis aliàs decumbentes, mortuos utrumque esse accepi: Carolum autem primùm succubuisse.

H. Longe aliter sese res habet. Robertus enim sex [*ante*] *diebus* è vita excessit. Mortuus inquam est Robertus [*ante*] ipsum Carolum. At jam quid vis [*amplius?*] G. Paulisper siste pedem. Prædium à Bembo jam vœnum mihi oblatum. *Hoc* etiam [*amplius.*] Omnia illius palatii supellectilia me empturum constitui, minimè autem charius justo illud vellem: Te magni judicij virum jam consulo. Super hac re conveniamus cras. H. fiat.

[*Ante*] adverbium, cùm nullum casum regit, Cic. 1. Tusc.
[*Ante*] præpositio, ad tempus & personam accommodatur, Cic. 3. Ver.
[*Amplius*] *pro insuper aut præterea*, Cic. pro Mil.
[*Amplius*] ut supra, Cic. ad Brut. ep. 5.

Dialogus 15.

Jacobus. Lobelius.

I. Vulgus de tuis altercationibus indies magis magisque obmurmurat.

L. Parum refert quid effutiendo susurret. [*An*] *me censent decreturum fuisse ut* me meis privarem censibus? [*An*] *potest ulla esse excusatio* ne inepti deprehendantur?

[*An verò*] illi aliter facerent?
[*An*] sua bona gratis desererent?

[*An*] in principio orationis interrogationi servit, ac vim habet instandi vehementius, Cic. 1. Phil.
[*An*] ut supra Cic. in Pison.
[*An vero*] ut supra, Cic. pro Bal.

[*An vero*] ut supra.

[*An verò*] *dubitaturus est* quispiam de adversariorum injustitia? Oblatrent immo si velint utique.

Dialogus 16.

Marcus. Nestor.

[*Antequam,*] *alias cum conjunctivo, alias cum Indicativo modo copulatur,* Cic.1. Phil. ut supra, Cic.4. Ver.

[*Antea*] dictum quasi ante ea, cui postea opponitur, Cic. lib. 1. ep 9.

[*Antehac*] est *ante hoc tempus*, cui contrarium est posthac & nunc, Cic. lib. 12. ep. 23.

M. NArrationem tibi de lite in Thomam & Ioannem relaturus sum: sed [*antequam*] de hac [*dicam:*] [*antequam*] de utriusque *incommodis*, hæc pauca [*accipias.*] Orator quidam, & insignis ille, Domini Leonardi causam, in ipsius Senatus conspectu acerrimè tractavit. Is in *sermonibus* omnia [*antea*] *dictabat*, postea etiam *dixit in Senatu.* Iuris quidem is peritissimus est, & orator, pænè dixerim, præ omnibus: [*antehac*] *quidem sperare saltem licebat* ei de illius causa: nunc omnis *spes illi erepta est*, cum tantus Orator, tamque legum peritus, nihil omnino prævalere potuit.

N. Mihi displicet ita rem sese habere. Sed quid de Iohannis & Thomæ litis processu dicis? M. Maneus tibi jam futurus sum, cum super negotiis mihi in mentem occursantibus totus meditor. Cras opportunè te conveniam.

Dialo-

Dialogus 17.

Oliverius. Palingenius.

O. QVò tendis ? P. Hinc me rus confero. *Crebras* à me *literas expecta* : [*ast*] *plures etiam mittito.*

O. Faciam quod mihi imperas quoad potero.

P. [*At*] si non feceris, sis semper ineptus. Benevolentia quippe quâ te prosequor non immeritò quæ à te peto à quoquam expostulare videatur. Ex tua negligentia quidem tibi aliàs succensui, adeo ut non poteram quin in hujusmodi sanè verba prorumperem. [*At*] *quid est quod de hoc homine dici possit? si non propinquitatis,* [*at*] *ætatis suæ; si non hominis,* [*at*] *humanitatis rationem haberet.* [*At*] quem virum minimi facis ? tibi amicissimum , & hac de causa tantopore obmurmuravi : *Si mihi* amicitiâ verâ *frui non licet* , [*at*] *carebo* fictâ : tibi nullatenus unquam defui : sed me tibi omni officio & pietate satisfecisse ex aliis planè, & plenè intelligas. [*At vero*] *tua comitas* flaccescit, ut ex tuarum literarum intermissione cuiquam videre liceat, *indies magis.*

O. Acquiescas, nunquam tibi deero.

[*Ast*] *pro sed rarum* est apud Oratores, non tamen inusitatum, Cic. Att. lib. 1. ep. 12.
[*At*] *non verò contrarium.*

[*At*] *in exclamatione & imploratione*, Cic. in Ver.
[*At*] *pro saltem*, Cic. pro Flac.
[*At*] *nonnunquam amplificationi servit*, Cic. lib. 9 ep.
[*At*] *pro saltem*, Cic. pro Mil.

[*At verò*,] plerunque adversatur, & usurpatur, *initio ambitus*, Cic. pro Marc.

Dialogus

Dialogus 18.

Quirinus. Raphael.

Q. TRes tomos super variis doctrinarum subjectis Epicurum scripsisse fertur.

R. Novi. [*At etiam*] *de sanctitate, de pietate adversus Deos* quinimo scripsit: an non aliquid miri in se continet? Q. Maximè quidem certè.

R. [*Atqui*] *erat id temporis clarissimus* æquè & eruditissimus quidam, qui illum quod aliter scriberet, viveret autem & sentiret alitèr, acriter reprehendit, nec illi Epicurus unum respondit verbum: [*Atqui*] *si tempus est ullum jure, hominis* reprehendendi *quæ multa sunt*, certe illud est. Multa divino quasi afflatu mundo tradidit. [*Atqui*] *ille* illius ingenium recte deprehendit. Multa à piis æque & eruditissimis viris in illum divulgata fuere.

Q. [*Atqui*] Epicurus *ne* quicquam *ex eo tempore* quidem resipiscebat..

[*At etiam*] *indignationi servit & irrisioni rerum dissentanearum,* Cic. 2. de Fin.

[*Atqui*] *sæpe continuat orationem non secus quã atque, vel atque etiam,* Cic. pro Mil.

[*Atqui*] ut supra, Cic. pro Mil.

[*Atqui*] *pro at vero,* Cic. 2. Agrar.

[*Atqui*] *pro & tamen,* Cic. pro Sext.

Dialogus

Dialogus 19.

Sempronius. Triverius.

S. CIrca ludi literarij regimen te valdè sollicitum esse à multis accepi, & quam exactissimè observare quid fiat.

T. Fertúrne me curare quid in ipso fiat? *Fiat [autem?] imò verò quid etiam futurum sit:* antea enim omnia penè dixerim confusa videbantur. An his meis curis, illis quidem & intensissimis, in meliorem reddi possit statum anxiè meditor. [*Bene*] *manè* lectiones omnibus quotquot aderant tradidi, [*Bene*] *ante lucem* prima audita fuit: Scholarium accessum secundum classes singulis imperavi: at paucos auditores hinc, quamvis iis tempora præscripserim mihi adscivi.

S. Quid hominis est ille, quem jam jam convenisti?

T. *Adolescens non minus [bene] nummatus, quam [bene] capillatus* est, ipse autem [*bene*] linguarum *peritus* est. Palatium illi admodum angustum est. Aqua non longè à villa [*belle*] sanè fluens illud allidit. [*Bellè*] *illi flat auster.* [*Bellè*] omnia *facit:* præ stupore [*bellissimè*] *scribit.* [*Brevi*] *sic habeto*, illum virum optimè quidem

Admonitio.

Conjunctio Autem Sæpè idem est quod Sed, verum plerumque continuat orationem, nec tam significat Sed quam Et.

[*Autem*] *cum interrogatione subjicitur, servit correctioni*, Cic. Att.

[*Bene*] præter vulgarem usum sæpe auget, & *pro valdè ponitur*, Cic. Att. lib. 4.

[*Bene*] ut supra Cic. 2. de Orat.

[*Bene*] ut supra Cic. 2. Agrar.

[*Bene*] ut supra, Cic.

[*Belle*,] à benè imminutum est, ut sit satis benè, verum sæpe magis accedit ad *venustè atq; concinnè* quàm ad bene, Cic. ad Q. F. lib. 3.

[*Belle*,] nõ raro *pro* *commodè* usurpatur, quia commodè est satis benè, Cic. Att. 7.

[*Brevi,*] *pro breviter* intelligitur in Oratione Cic.
[*Brevi,*] ut supra, Cic. de Senect.
[*Brevi,*] *pro tempore brevi,* Liv. lib. 21.

quidem dotatum esse. [*Brevi*] *me expediam*, in hac urbe non est alter quivis ei comparandus.

S. [*Brevi*] illius dotes, & aptissime mihi aperuisti.

Dialogus 20.

Villerius. Rodulphus.

V. VBinam gentium jamdiu es? Vbi vixeris?

[*Caeterùm,*] adverbiũ, propriè est *de caetero: de reliquo,* Cic. ad Q. F. lib. 2. ep. 15.
[*Caetera*] *pro caeterum* non poëticum solum sed historicum est, Liv. lib 1.
[*Caetero quin*] interdũ *pro alioquin* poni videtur, Cic. lib 1. de Nat. Deorum:
[*Caeteroquin*] ut supra, Cic. Att lib. 14. ep. 16.
[*Caeteroqui*] aut *caeteroquin tandem originem & vim habent,* Cic. l. 9. epist
[*Cedo*] saepe declarat Da Cic. 6. Ver.

R. *Ego me ruri, praeterquam quod sine te* [*caeterùm*] *satis commode, oblectabam.*

V. Bembum honori & dignitati nimium inhiare novissimè accepi.

R. *Ergo virum* [*caetera*] egregium, *ambitio* decepit. *Non enim poëta solum suavis, verum etiam* [*caeteroquin*] *doctus sapiensque traditur*. Anne credendum esset te hucusque ruri vitam duxisse.

V. Maximè, & in palatio admodum magnifico, quod campi amoenissimi quidem, & illi undique & undique bellè circundederunt. *Locus* [*caeteroquin*] *valde expetendus: interpellantium autem multitudine pene fugiendus:* [*caeteroqui*] locus prae admiratione ducendus esset.

R. Tu, qui poëtarum musis summoperè raptus esse soles, tua super loci deliciis [*cedo*] mihi vaticinia; sublimes tuas notiones

nes aut voce aut scripto [*cedo*] mihi.

[*Cedo*] ut supra, Cic. 3. Ver.

V. Tibi nullatenus satisfacere jam potero, nec enim scripta hic apud me habeo, nec illa recitandi aut præsens locus, aut temporis opportunitas mihi datur.

R. Cum eò ventum est, *unum* [*cedo*] *authorem* saltem qui aliquid super hoc istius loci situ verba fecerit.

[*Cedo*,] aliàs usurpatur *pro*, *Dic*. Cic. 7. Ver.

V. Nullum id genus vidi unquam.

Dialogus 21.

Xerxes. Anselmus.

X. VNde venis? A. A musæo. X. *Si me tanti facis quanti* [*certè*] *facis*, hic apud nos aliquantisper moraturus es.

[*Certè*,] *propriè est*, *sine dubio*, Cic. lib. 2. epist.

A. Dictum sit; at quid vis? X. Quam sententiam notatu dignam è lectione novissimè carpsisti?

A. Hæc verba reposui utique. *Naturales divitias parabiles esse: Quod parvo esset natura contenta* [*certè*] *nisi voluptatem tanti æstimaretis.*

[*Certè*] *interdum concessioni servit*, Cic. 2. de Fin.

. X. Istene author magni est nominis?

A. Immo profectò. His quamplurium argumenta destruuntur, *aut* [*si*] destrui [*non*] poterunt, [*certè*] *fracta* sunt.

Quoties antecedit fortasse, [*Si non*,] aut aliud quidpiam quod dubitationem continent, id quod subjicitur,

[*Certe*,] pro saltem ponitur eleganter; nimirum, quia tanquam Dubio Certum opponitur, Cic lib. ep.

X.

Vt supra [*Fortasse*] [*Certè*] Cic. 4. de fin.

X. Aliáne memoriæ mandâsti? A. Curiosa quædam quæ me attentum totum exceperunt. *Res* [*fortasse*] *vera*, [*certè*] *graves*.

X. Qui fit quod cogitabundus jam evaseris? *Vbi est animus?*

Quidem certè, & Certè quidem, certi aliquid designant: sed [*Certè quidem*] in principio ponitur; quidem certè subjicitur. [*Certè quidem*] *in principio*, Cic. 1. Tusc. [*Quidem certè*] *subjicitur*, eadem significatione ut supra, Cic. pro Consul. [*Citius*,] ut à vulgata *potius*, Cic. Phil.

A. *Quæris?* [*Certe quidem*] *in te est*, te enim oculis admirationis suspicio, te disserentem jam contemplor.

X. Quid rei? *Quàm sapienter non disputo, constanter, & fortiter* [*quidem certè.*]

A. [*Citius*] dixerim, doctissimè, sapienter, constanter, & fortissimè arguis: quinimo & vox tibi [*citius*] *deficit*, *quam* argumenta.

significatione discedamus, interdum usurpatur *pro* [*Citius*,] alias *pro prius* Cic. Ver.

Dialogus 22.

Brasavolus. Campegius.

Præpositio [*Circa*] est idem quoq; circum, & *ad locum & personam* fermè refertur. [*Circa*] *ad locum*, Cic. 3. Ver. Cic. 2. Agrar. [*Circa*] *ad personam*, Cic. 3. Ver.

B. Tusculanum, & oppidulum [*circa*] illud Replenus emit.

C. Nulli sit mirum, in ditissimum enim evasit.

B. Cur autem vendidit alter? C. *Multa* ait *sibi opus esse*, multa mancipijs *quos* [*circa*] *se haberet*.

B. Discedendum est mihi.

C.

C. Ito, & *redito* [*circiter*] *meridiem*. B. Tuæ expectationi nullatenus deero. C. Atheus, paucis te volo. B. En, adsum. C. Quot miliaria Lugduno, Parisios? B. Quadringenta [*circiter*] millia passum.

[*Circiter*,] idem penè signat; sed *ad tempus aut numerum* accommodatur.
[*Circiter*] *ad tempus*, Plaut Most.
[*Circiter*] *ad numerum* Liv, lib. 28.

Dialogus 23.

Belmannus. Edelphus.

D. VBi sita est illa civitas quod dicitur Patavium?

E. [*Citra*] Venetias, vicessimo quidem lapide.

[*Citra*] Præpositio, contrarium habet ultra, Cic. lib. 16. ep. 4.

D. Quis exercitationis in sanitatem tuendam terminus à medicis præscribitur?

D. *Exercitationis plarunque finis debet esse sudor, aut certè lassitudo quæ* [*citra*] *fatigationem sit*.

[*Citra*] per translationem declarat interdum *intra vel sine*, Gelsus lib. 1. cap. 2.

E. Quid? an ocreatus? Quo tendis iter?

D. Brundusium, animi mei recreandi causa.

E. Melius itur ex adverso: sic enim fratri tuo [*commodum*] *obviam venias*: nam æquè recreatio alibi adinvenitur.

[*Commodum*] adverbium, *pro commodo, sive opportunè* usurpari solet. Plaut. Merc.

D. Mihi de itinere statutum est.

D. Annon [*commodùm ad te literas mittam* [*cum*] aliquis illus urbis civis huc *venerit*?

[*Commodum*] sæpe assumit [*Cum*] Cic. Att. lib. 13.

E.

E. Maximè. D. [*Commodùm*] à me discessisti heri, cum Trebatius ad me venit; si enim mansisses, in aliud tempus negotia distulissemus nostra, quæ [*continuò*] expedivimus.

[*Continuò pro statim*, Terent. Heaut.

E. Quî fit quod inter congerronum fasciculum heri versabaris? tune ullatenus congerro?

D. [*Non continuò*] *si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius.*

Sæpe [*non continuò*] usurpatur *pro ideo*, Cic. pro Rosc.

E. Magna orta est inter eos rixa. D. Lites apud eos [*continenter*] à primis pænè dixerim salutationibus fiunt.

[*Continenter*] est *sine intermissione*, Cæsar lib. 1. de bello Gallico.

Dialogus 24.

Fentonus. Gasparus.

F. QVis Bembi causarum utrarumque coram judicibus auditarum exitus fuit.

G. Vtraque [*contra*] *accidit:* amicorum consilia semper redarguendo respuit: *peccasse enim se non anguntur, objurgari moleste ferunt quamplurimi: quod* [*contrà*] oportebat delicto dolere, objurgatione gaudere.

[*Contra,*] *adverbium* sæpe est, quia sine casu ponitur, Cic. lib. 13 ep. 18.

[*Contra*] sæpè usurpatur *pro è contra*, Cic. de Amic.

F. Quis novit an ipse innocens patiatur? Leges habent: Summum jus summa perhibetur esse injuria. Multa sunt quæ non [*contra ac*] *liceret facta dicuntur, sed* [*con-*

Adverbium [*contra*] cum [*ac*] Cic. pro Cluent.

[*contra atque*] *oporteret*. Quod ad te & *de vestro jure ac religione* [*contra quam*] *proposueram disputabo*, & jam me accingam.

Adverb. [*contra*] cum [*atque*.]
Adverb. [*contra*] cum [*quam*.]

F. Nec temporis quicquam mihi restat, nec nobis hic locus opportunus esse videtur.

Dialogus 25.

Halyabbas. Iolittus.

H. Conradum, insignem illum Mathematicum egestate premi fertur.

I. *Scis profecto fuisse quoddam tempus* [*cum*] *homines* has artes æstimarent. *Nunquam obliviscar illius noctis* [*cum*] vos de stellis pariter verba fecistis: disputatio illa admodum acuta fuit & sublimis, *Cui* [*cum*] *Caninius* & Gulielmus Mathematici *intercessissent*, & illius problema vindicare contenderunt, nihil tamen in te prevaluerunt.

[Cum] *sæpe tempori adhibetur*, Cic. lib. 13. ep. 1.
[Cum] ut supra, Cic. pro Planc.
Interdum [Cum] *designatæ si*, Cic. li. 1. ep. 2

H. Super his ne plura dicas: Tanti non sum ut hæc ullatenus mihi attribuantur.

I. Taceo. At pace tua paucis & vellem gratum me ob magna tua in me aliàs collata beneficia existimes cuperem, quæ id genus sunt, ut [*cum*] *plus contenderim quam*

[Cum] ut supra, Cic. lib. 1. ep. 8.

quam possum, minus tamen facio quam debeo, [*cum*] mihi aliàs [*tum*] *mihi* jam valde *displicet*. At ultra posse non datur esse.

[*Cum tum*] usurpantur, cum duo inter se comparantur, ut posterius priori anteponatur: significant autem idem ut *non solum sed etiam*, Cic. lib. 4. ep. 13.

Dialogus 26.

Lombardus. Manutius.

[*Cum*,] & [*tum*] ferè usurpantur, cum duo ita inter se comparantur, ut posterius priori anteponatur: *significant* autem idem quod, *non solum, sed etiam*.

[*Cum*] cùm [*tum vero*] Cic. ad Q. F. lib. 1.

[*Cum*,] ut supra, cum [*tum vero*] Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1.

[*Cum*,] *ut vehementius* id quod secundo loco ponitur affirmetur, post [*Tum*] adhibetur [*Maximè*,] aut *Præcipuè, aut Inprimis, aut vel Maximè*, Cic. 1. Offic.

L. QVid hominis fuit ille qui heri inter vos rixas movit?

M. Erat ineptus quidam, qui tùm, & aliàs in varia id genus incidit, *quæ* [*cùm*] *abhorrent à literis, & ab humanitate,* [*tum*] *verò contraria sunt* discretioni & *dignitati*, & in actus omni judicio vacuas numeranda veniunt. Ipse Halieno prorsus dissimilis, *qui* [*cùm*] *animo* & attentione serià, [*tum verò*] *etiam* imitatione vivendi prudentum insignem sobriæ vitæ habitum sibi acquisivit. L. An effrenis is, junior, an senior est? M. Immò senex ipse utique est.

L. Hujusmodi rixæ [*cùm*] *omni ætati turpes* [*tum maximè*] *senectuti fœdissima sunt.*

M. Regimen quidem politicum in illum severè animadverteret, impios

[*cum*]

[*cum*] *omnibus in locis*, [*tum præcipuè*] in civitatibus *regere* debemus.

L. Rectè inſis: pænes te omne judicium & humanitas. *Lentulum tuum* [*cum*] *cæteris artibus*, [*tum imprimis*] *imitatione tui fac erudias*: [*cum*] *alia multa certi homines pii* & juſti faciunt, [*tum*] *hoc* [*vel maxime*] *moliuntur*, ut juventutem rectè inſtruant. Sic gratum quidem feceris [*tum*] *ipſis amicis*, [*tum*] *municipiis* [*tum*] tuo Lentulo, *quem omnibus* rectè anteponis.

M. [*Cum*] *gratulor* tibi ob inſignem pietatem tuam, [*tum*] *vero quibus verbis tibi gratias agam non reperio*. Te enim ſemper mihi ſplendidi ad inſtar Mæcenatis [*cum*] *antea intelligerem*, [*tum*] *vero proxime judicavi* me per te reddi fœlicem. L. Quando hinc diſceſſurus es?

M. [*Cum*] amici noſtri *venire dicentur* [*tum*] *in* Tuſculanum ibo.

L. Quid in clientis tui accuſatione tibi faciendum eſſe diſcernis.

M. *Apud judicem cauſam priore loco dicam*, & *eam* [*cum*] *perorarim* [*tum denique*] *vocem accuſatoris audiam* ſi quæ ſuper hac re ſcripſi, perpenderes, & [*cum*] *hæc* attente *legeres* [*jam*] *decretum* (ſi res ſub te referretur) *arbitrarer fore*: [*cum*] *illa ſcriberem* [*jam tum*] *exiſtimabam orationem* ad judicem *eſſe perlatam*, qui non poterit non huic cauſæ jure indulgere.

Vt ſupra, [*Cum*,] [*tum præcipue*] Cic ad Q. Fr. lib. 1. ep.

Vt ſupra, [*Cum*,] [*tum imprimis*] Cic. lib. 1. ep 8, ad Q. F. lib. 1. ep. 1.

Vt ſupra, [*Cum*,] [*Tum*, *vel maxime*] Cic. pro Flac.

Interdum quia plura inter ſe comparantur, *tum* iteratur, ſed quod cæteris antefertur poſtremo loco collocatur.

[*Tum*] *iteratur*, Cic. lib. 5. ep. 13.

[*Cum*,] & [*Tum*] *diverſis verbis ejuſdem* copulatæ

[*Cum*,] & [*Tum*] *interdum modus variatur*, Cic. Att.

[*Cum*,] & [*Tum*] tempus futurum nonnunquam deſignant, Cic. lib. 14. ep. 3.

Interdum [*Cum*] & [*Tum*] additur [*denique*] Cic. pro Quinct.

[*Cum*] cum [*jam*] vel [*cum*] cum [*jam tum*] ad tempus præteritum referuntur, Cic. lib. 10 ep. 10.

[*Cum*] cum [*jam tum*] Cic. lib. 15, ep. 13.

Dialogus 27.

Nevius. Ofredus.

N. MAgnum hodie confeci iter, ut tibi morem geram.

O. *Non fuit causa* [*cur*] *tantum laborem caperes.*

N. *Quod si nulla causa est* [*cur*] me tam importunè accersisti, *Qua est causa* [*cur*] *hac velis? Quid est causa* [*cur*] *non pertimescas* me etiam itineris difficultate potuisse perire? *Quid est causa* [*cur*] *tu in isto loco sedeas?*

O. Locus non incommodus mihi esse videtur, at commodior quisque ubi te conveniam: deinde lassus hic pedem fixi, brevi discessurus.

[*Cur*] *sæpe cum causa* conjungitur, Cic pro Rosc. Cur ut supra, Cic. pro Rosc. pro Cluent. pro Flac: [*Cur*] *alias causa non exprimitur sed intelligitur*, Cic. pro Cœl,

---

Dialogus 28.

Palinurus. Quirinus:

P. PArienses regem suum novissimè oppugnasse accepi, *Audivi hoc* [*de*] *parente meo*, viro fide digno.

Q. Subjectos cum principe bellum gerere, quid magis injustum esse possit?

P. *Messala* [*de*] Parente meo *quæsivit*

[*De*] pro ex sæpè ad *personam* accomodatur, Cic. pro Corn. Bal.
[*De*] ut supra Att l,1.

vit quid de religione illius nationis *sentiret*. Respondit illam varios & varios amplexam fuisse cultus.

Q. Abhinc paucis diebus *fundum circueum Romæ mercatus est Cæsar [de] pupillo Marubonio*, [*de*] *fundo* isto alias tibi loquutus sum, Marubonius [*de*] eodem ad duos menses decedit.

[De] ad locum refertur, Cic. 2. de Orat.

P. Quando habenda sunt Senatorum Comitia?

Q. *In comitium [de] die veniunt perendie.*

[De] in ordum refertur ad tempus, Cic pro Mil.

P. Quis autem inter illos pluris æstimatur?

Q. *Si quis unquam [de] nostris hominibus fuit insignis*, est Conradus unus [*de*] senatoribus si qui illum acquisiverit, unquam: *oratorem non sanè [de] minoribus*, sed [*de*] primis sibi adsciverunt.

[De] persæpè accommodatur ad Gentem, Cic. pro Flac.

[De] persæpè accommodatur ad Gradum. Cic. de opt. gen. Orat.

P. Quid is hominis est qui coram comitiis Anthonium accusavit?

Q. *Accusator [de] plebe fuit.* [1 *De*] *eodem* oleo, & opera ad te scripsi aliàs, jam autem superaddo, *quod* adversarius probare conatur illum *multa [de] suis rebus* furtim surripuisse & *exportasse*.

[De] persæpè ad conditionem accommodatur, Cic. in Brut.

[1 De] persæpe ad materiam accommodatur Cic Att. lib. 13.

[De] ut supra, Cic. parad.

P. Quid legationis agitur jam quod comes Fontseca ad regem Galliæ sit novissimè expeditus?

Q. De captivis commutandis illuc missus.

P. In quem autem finem id genus officio præficitur Baro de Monte.

[*De*] *cum de legatis agitur*, usurpatur *ad significandam materiam aut causam* legationis, Cic. in Brut. R. Cic.

[*De*] *pro propter* etiam ad causam declarandam adhiberi solet, Terent.

Q. Baro de monte *Legatus est* [*de*] pace & [*de*] *præmiis* ad Batavas.

P. Cur nudiustertius te accersivit Gesnerus.

Q. *Non hoc* [*de*] *nihilo fuit quod* ipse *me* tunc *conventum expetivit*, immo gravi quidem de causa. P. *Q*uænam & illa esse possit mihi velim aperias. *Q*. Viri cujusdam malitiâ injustitiæ accusatus venit, â lictoribus apprehensus, nec non coram judicibus delatus, jam in carcerem conjectus, ibi mansurus donec â testimonis perhibendis in nihilum recidat accusatio.

[*De*] *pro quod attinet ad*, Cic. in. Pis.

P. *Q*uid hominis is est? *Q*. Impius sanè is est qui virtutem ne [*de*] *facie quidem novit*. Me illius innocentiam coram judicibus in me suscipere summopere rogatum velit: ut illum â carcere vindicarem omnem profectò movi lapidem, [*de*] illius redemptione aliquam jam tandem concipio spem. [*De*] consilio prudentem in illius agendam causam illi adjunxi. [*De*] adversario, ille adhuc remanet contumax. At ille [*de*] *communi sententia* severè pœnâ plectendus esset, quod curiam injuriâ movit.

[*De*] ut supra, Cic. Att. lib. 10.
[*De*] jungitur *sæpe cum consilio & sententia*, Cic. lib 12. ep. 3.
[*De*] ut supra, Cic.

P. *Q*uid de Ioannis deplorando casu circumfertur? Voces hinc illinc promiscue sparguntur, an [*de industria*] hoc inflictum est illi vulnus?

[*De industriâ*] est *dedita operâ*, Cic. li. 4 de Fin, & lib. 1. de Offic.

Q. Longè absit! eventus iste merè fortuitus quidem certè.

P.

P. At vero quomodo se habet miser?

Q. Primò in febrem incidit, prudentis medici consilio tandem convaluit, jam [*de integro*] febricitare incepit.

[*De integro*] *idem* quod *denuo*, Cic. lib. 12 ep. 19.

P. Itáne? à quo fide digno hæc accepisti?

Q. Conradus hæc mihi retulit, *& quidem* [*de scripto*.]

[*De scripto*] contrarium habet memoriter, Cic. lib. 10. ep. 13.

P. Cor meum valdè conturbatum esse videtur, vitæ illius magnum hîc inesse periculum non potero non augurari. Q. Quis erat ille tam splendidè vestitus, æquè & curiosè comptus, qui jamdudum te convenit?

P. Ipse, qui *olet unguenta* [*de meo*] forensibus nimirũ causis meis omnibus non solum aliàs interfuit, sed etiam præfuit.

[*De meo*,] *de tuo*, *de suo*, vulgaria videntur, sed *elegantia sunt*, Terent. Heaut.

Dialogus 29.

Poliurgus. *Quirinus*.

P. QVî fit quod in literis tuis ad me datis tot ceremonias usurpaveris. An ego tibi obviam non prodirem? *primum Imperatori*; [*deinde*] *Senatoribus*; [*deinde*,] *more majorum* amico, hoc jure merito debetur. Scias me ad horam statutam tibi nullatenus defuturum esse Q. Te litem è parvo quidem suscitabulo

[*Deinde*] est adverbium ordinis, atque *interdum sæpius iteratur* Cic lib 3. ep. 7.

in tres magni certè nominis proceres movere accepi. *Tres summo loco natos te nolo habere iratos, quos video* [*deinceps*] civitatis majores *per triennium futuros*.

[*Deinceps*,] ex dein & capio factum, propriè est (*unus post alium*) Cic lib. 2. ep. 17.

P. Vidistine librum quem novissimè in lucem edidi?

Q. Minime, quid rei inibi tractatur.

P. *De justitia ibi dictum est.* [*Deinceps*,] *ut erat propositum, de liberalitate* posthac *dicendum est*, nec hominum expectationi longè deero.

[*Deinceps*] interdum usurpatur, *pro deinde*, Cic. lib. 1. Offic.

Q. Giraldi exilium me magno ipsum tædio afficit, *jam verò exilium, quantum* [*demum*] *a perpetuâ peregrinatione differt?*

[*Demum*,] *idem est quod tandem*: præsertim cum interrogationi jungitur, & vim habet gravius instandi, Cic 5. Tusc.

P. Litteras ad me abhinc mensem dedisti, *nunc* [*demum*] iis uno verbo respondeo. Nihil sanè in ea re ullatenus prævalere potui. *Nihil est* [*denique*] *in naturâ rerum omnium* difficilius quam ex avaro aliquando munificentiæ extorqueri posse. Super horum moribus sæpè sæpiùs & seriò meditatus sum, iis omnibus consideratis quæ ad illorum ingenium spectare viderentur, *tum* [*denique*] *cogito* occultam quandam naturam iis inesse, illam profectò inexplicabilem.

[*Demum*] cæteroqui usurpatur *pro denique*, Cic. Att. 10.

[*Denique*] *est ad extremum*, ac propriè locum habet in extrema parte enumerationis, Cic. 3. de Orat.

[*Denique*] sæpe usurpatur *pro demum*, Cic. 2. de Orat.

Dialo-

Dialogus 30.

Rabirius. Sixtus.

R. DE scriptis tibi in manus datis diligenter caveas velim, ne *Quæ singulatim ac* [*diu*] *à me collecta sint uno tempore universa perdam*, *hæc* [*diu, multum*] *multoque labore quæsita sunt*, nollem *una* à me *eripi* hora *omnia jam ex iis quæ* [*diu*] *cupis cognosces.*

S. In meum quidem musæum hæc quamprimum reponam, ne dubites.

R. *Certum est* me *usque* [*donec*] *redieris*, te hic expectaturum.

S. Donec supervixeris utilia mundo traditurus es opera, tu qui & à doctrinâ & à charitate abundas.

R. Desine plura super his. Sed quâ horæ mensurâ reversurus es? S. Intra unius quadrantis spatium. R. Nollem te tam cito redire; aut si ita acciderit, foris aliquantisper [*expecta dum*] *Atticum conveniam*, & ipse discedat, quod intra vnius horæ spatium conficietur utique. S. Prius ante quam discessero, quomodo hordeum, de quo aliâs inter nos sermo fuit, tractandum esset à te scirem.

R. *Paulùm aquâ maceretur* [*dum*] lentiscat.

S. Cupio, cætera omnia quæ ad hoc spectant

[*Diu*] *est per longum tempus*, Cic. 1. Ver.

[*Diu,*] sæpe jungitur cum [*multum,*] *ut significetur diuturnitas temporis, & assiduitas vel attentio alicuius*, Cic. pro Syl.

[*Diu*] *cum aliis adhuc durat est propriè cum præsenti tempore*, Cic. 2. de Orat.

[*Donec*] *est quoad* Terent. Adelph.

[*Dum*] persæpè cum verbo [*expecta*] jungitur, Cic. Att. lib 7.

[*Dum*] interdum ponitur *pro donec*, Columella lib. 2. cap. 11.

ſpectant mihi clarè innoteſcunt.

R. Quis tandem eſt ille quem operiris?

[*Dum*] pleruмque ſignificat *quamdiu*, Cic. pro Roſc.
Dum, ut ſupra, Cic. 1 de leg.

S. [*Dum*] *hominum genus erit*, pauci invenientur qui illi comparandi veniant, [*dum*] Hiſtoriæ *Latinæ loquentur*; poſt Saluſtium nulli profecto ſecundus eſt. R. Quod te opportunè invenerim mirum cuiquam ſanè videri poſſit, at [*nondum*] *erat auditum te* Brunduſium *adventare*, quin me & hac eadem horâ, & loco te conventurum ſperarem, *& quanquam* certi [*nihil dum*] *audierim*, *nec ubi eſſes*: at de præfixo tempore, & loco fœliciter auſpicatus ſum. Poſt literas meas ad te datas, te avidè expectavi, quibus nullum, per tabellariorum incuriam, accepi reſponſum.

[Dum] quoties [*non*] *aut nihil antecedit dum uſurpatur pro adhuc*, Cic. lib. 2. ep.

[*Nihil dum*] ut ſupra, Cic lib. 12. ep. 7.

S. Scripſi tamen, & accipias. *Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe*, [*dum*] *nè tibi non laboro*. Et novi me [*uſque dum*] *per me licuerit, tenuiſſe*, me tibi nunquam aliquo officii genere defuturum, [*uſque eo dum*] tu me omnino non deſieris: *hac* [*dum*] *mecum reputo*, [*interea*] tempus præterit.

[*Dum*] interdum pro *dummodo* uſurpatur, Cic. Att. lib. 8. ep. 11.
[*Dum*] interdum cum [*uſque*] Cic. 3. Ver.
[*Dum*] interdum cum [*uſque eo*] jungitur, Cic. 2. de Nat. Deorũ
[*Dum*] alias cum *interea* invenitur, Terent. Eun.

Dialogus

Dialogus 31.

Tostatus Vossius.

T. QVodnam officii genus à Iessenio & Rhombo expetitum est? V. Vt ii nimirum Leonardi manuscripta quamprimùm transcribant, *quod nunquam* [*dummodo*] *otiosi essent ulli recusarunt*, illi annuerunt ambo. T. An ad Cleonardum recens literas dedisti? V. Maximè, & de bello inter Batavos & Hispanos jam inito mihi rescripsit: ex quibus intellexi se huic narrationi parum fidere.

T. Cum ad illum literas iterum des super eadem re, *id ipsum scribas velim, Te scilicet nihil habuisse quod scriberes* [*dummodo ne*] his verbis, & te hæc tanquam verissima profiteri, & libere asseverar, [*dummodo ne quid*] id genus professio nimiæ te præsumptionis arguat: at illum quidem admiror quod [*eatenus*] à recto secesserit, [*ut*] si nil in se veri contineret hæc tua narratio, à verisimili saltem abhorreret. [*Eatenus*] acquiesceret [*quoad*] melius instruatur: & urgeas; [*Ecce*] ad te ab amicis tuis fidedignis brevi transferendæ sunt Epistolæ quædam ut fertur eadem stabilientes. V. Ita

[*Dummodo*] *conditionem significat eiegantèr*, Cic Att.

Cum conditio negans est dicimus [*Dummodo ne*] potius quam dummodo non Cic. lib. 12 ep. 14.

Dummodo ne quid ut supra, Cic. li. 10. ep. 25.

[*Eatenus*,] constatum ex Ea & Tenus *significat usque ad eum terminum*.

[*Eatenus ut*,] Cic. de opt. genere orat.

[*Eatenus quoad*,] Cic. ad Q. F. lib. 1. ep. 1.

[*Ecce*] *sæpè repentinum quid ostendit & novum itidem*, Cic. Att. lib. 8.

Ita mihi in hac re decernendum esse facilè credidero.

T. An Richardinus litem suam deposuerit incœptam scire cuperem. V. Nequaquam, ille enim quocum concertatio habetur, injustus luce clarius detegitur, nec ullatenus paci cedit, quamvis aliàs se ulterius illum non provocaturum spospondit.

T. [*Ecce autem*] *nova rixa*, [1 *Ecce tibi*] solicitudines, nec vulgares quidem, tu enim istius causas præ omnium tuearis. Quid super hac re tandem legum periti judicant?

V. Adversarium injustitiæ esse reum multis quidem argumentis probant: Et quamvis se litem hanc declinaturum denuò promiserit, longè tamen aliter facit.

T. [*En*] *cui* fidem *committat?* [2 *En*,] *cur* plus existimaretur aliàs ille?

V. Quid autem illud est de quo arguitur?

T. De falso testimonio ab illo cui multis quidem nominibus obstrictus est. [*En*] crimen! [3 *En*] casum deplorandum.

T. [4 *Ecquis*] *in urbe est* à quo ille malè non audit? *ut* illius mores *videant & investigēt*. [5 *Ecquis*] homo sit, vita illius

[*Ecce*,] sæpe adscilcit [*autem*] Cic. 6. Ver. [1 *Ecce*] assumit interdum pronomen [*tibi*] *elegantiæ causa*, Cic. 2 Acad.

[*En*] *non solum demonstrantis est, sed interdum irridentis*. [2 *En*] demonstrantis, Cic. 3 Ver. [3 *En*] irridentis, Cic. 2. Phil. [*En*] aliàs *indignantis* Cic. pro Dejot. [3 *En*] aliàs *miserantis*, Cic. pro Sest. Ecquis ex conjunctione & conflatum est; tamen non tam significat & quis, quam numquis. [4 *Ecquis*] *pro numquis*, Plaut Rud. [5 *Ecquis*] etiam *sine interrogatione usurpatur*, Cic 3. Ser.

an-

anteacta liquidò demonstrat. [6 *Ecquodnam*] *putant* justitiæ fundamentum esse nefarii isti? [*Ecquando*] *rationem factorum suorum reddituri sunt?*

[6 *Nam*] *instandi causa*, Cic.10.Phil.
[*Ecquando*] *est Num aliquando*, Cic.4.Ver.

T. Tandem aliquando quo nihil certius.

Dialogus 23.

Abulensis. Bembo.

A. QVid de lite inter Riberium & Molinum jam tribus sanè mensibus valdè agitata judicas?

Admonitio.
Enim & etenim etsi æquè reddunt rationem, usu tamen differunt: Namque enim, ut omnes norunt, post unum aut alterum usurpatur verbum, Etenim apud oratores semper initio ponitur, Vtrumque autem interdum continuat orationem.

B. Multæ & undique de eadem sparguntur voces. *Attende* [*enim*] *diligenter*, & istius processus te capacem reddam. [*Etenim*] *rem totam breviter* à me *cognosces*. Sed quò devehor? Silentium, maturiùs cogitando mihi imponam. [*Nec enim*] aliàs *unquam sum assensus* ut ipse de aliorum rebus ad me nihil spectantibus verba facerem, [*Neque enim*] *quod sentio libet dicere.*

[*Enim*] Cic.4.Ver.
[*Etenim*] Cic.Ver.
Nec enim, est neque enim dici solet.
[*Nec enim*] Cic. 1.de Senect.
[*Neque enim*,] Cic.de Nat.Deorum.

A. *Ain vero?*

B.

Enimvero, ex enim & vero factum, *vehementius affirmat*, *aut negat*.

[*Enimvero*] Plaut. Pers.

[*Enimvero*] Cic. 6. Ver.

[*Enimvero*] usurpatur interdum *pro scilicet*, Cic. 5. Ver.

B. *Aio* [*enimverò*] me non ausum de aliorum litibus aut narrationem aut sententiam ferre. [*Enimverò*] negas te super his loqui ausum esse.

A. [*Enimverò*] non te judicii tui ullatenus arguo, immò potius ingeniũ tuum non potero non summis laudibus insignire. Missa hæc faciamus. Tua causa jam agitur, quis ejusdem exitus futurus sit scire cuperem.

B. Adversarius in me impios quosdam circumforaneos in fidei-jussores ære conduxit.

[*Enimvero*] alias *indignantis*, Cic. 3. Ver.

[*Enimvero*] nonnunquam *pro Demum*, Liv. lib. 1.

A. [*Enimvero*] *hoc ferendum non est*, illius injustitiæ vestigia diu latuerunt. *Tunc* [*enimvero*] Gerardus me de hac re admonuit, quidque mihi faciendum esset, & quamprimum mihi in illum his detectis omnem movere lapidem consuluit.

[*Enimvero*] aliquando *pro Nimirum*, Terent. Andr.

B. [*Enimvero*] amice, locus non est segnitiæ.

Dialogus 33.

Celinus. Durandus.

C. THomas, ut rectè noveris, parum pecuniarum Gerardi nummis adjunxit, at segnis in emercia deprehenditur,

ditur, quid in se hoc miri continet, cum is [*eo*] *plus opis afferret* [*quo*] *minus attulisset?*

D. Cur de hac re me per literas citiùs non fecisti certiorem?

C. Primò te hæc novisse credebam. [1 *Eoque*] *tardius scripsi ad te* [*quod*] *quotidiè te ipsum expectabam.*] quidam nullatenus dicto adhibuerunt fidem, id autem ab aliis [*eo*] *facilius credebatur* [*quia*] *simile verò videbatur:* torpidus enim is est, & à naturâ admodum superbus. *Non* [*eo*] dico [*quo*] *mihi veniat in dubium* illius *fides*, sed de illius socordiâ & incuriâ consulendum illi sit. D. Cur tot super illo loqueris?

C. [*Eo*] *pluribus* dixi [*ut*] *intelligeres* quomodo sese res habet, nec velim imaginere me [*eo*] hæc dixisse [*ut ne*] in illius gratiam optima à te officia fieri cuperem. Insurgat aliquis, & illum non esse socordem arguat. *Quid* [*ergo*] *est?* D. In singulos hominum Errores non est animadvertendum.

C. [*Ergò*] *hanc esse animi benè constitutui* conditionem hæc aliquando dissimulare, & prudentiæ [*ergò*] autumas. [2 *Et*] *quisspiam dubitabit quin* ipse acriter reprehendendus sit saltem aliquando?

[*Eo quo*] *pro tanto quanto* vulgarissimum est, Cic. pro Quinct.

Eo quod, & *eo quia* idem declarant quod *propterea quia.*

[1 *Eo quod*,] idem declarat quod quia, Cic. lib. 3. ep. 7.

[*Eo quia*] idem declarat quod *propterea quia*, Cic. lib. 12. ep. 5. Interdum [*eo quo*] usurpatur *pro eo quod*, Cic. pro Quinct.

[*Eo*] jungitur etiam nonnunquam cum [*ut*,] id est, *propterea ut*, Cic. lib. 13. ep. 69.

[*Eo*] jungitur etiam nonnunquam cum [*ut ne*] Cic. ep. 69.

[*Ergo*] ut vulgarum usum omittamus) interdum usurpatur *cum interrogatione pro igitur* Cic. pro Quinct.

[*Ergo*] *in principiis* sæpè usurpatur *pro itaque*, Cic. de Amicitia.

[*Ergò*] *in medio* sumitur *pro causa*, Cic. de opt. genere orator. Conjunctio [2 *Et*] *in principiis comprehensionum* mirificos usus habet, sæpe declarat (& tamen) ac vim habet hortandi, Cic. pro lege Manilia.

do? [3 *Et*] causam dicat sanè non sine quadam bile motus. [4 *Et quidem*] si hæc non fiunt, omnia in pessum secedunt tibi quæ jam ipse trado, & fuerunt intellectui facillima. [*Et vero*] *esse debuerunt*, quis enim & à natura & à doctrina est qui te præcedit? *Me aspicis* [*&* *quidem*] *ut videris iratus*. [*Et quidem*] cum de tuo amico loquor.

[3 *Et*] alias *indignationem* designat, Cic. pro Sest.

[4 *Et quidem*] *gravius affirmat*, Cic de Amicitia.

[*Et vero*] *gravius affirmat*, Cic. ad Q. F. lib. 1. ep. 1.

[*Et quidem*] *interdum vim habet augendi*, Cic 2. Phil.

[*Et quidem*] *pro quidnam*, Cic. 11. Phil.

Dialogus 34.

Felix, *Gandavensis*.

F. QVid de Gerardi dotibus est quod sentis?

G. *Voce*, *motu*, *formâ* [*etiam*] *magnifica* est imbutus.

F. Hæc autem attributa nullatenus admisit Bembo, quamvis quàm exactissimè illum depinxerim: immò is *mihi* [*etiam*] *queritur*, quod & illum cæteris prætulerim. *Si non* sit id genus *quomodo* quasdam confecit orationes quas [*etiam*] publicè declamavit, omnes quotquot aderant auditores obstupuerunt. *Si* [*etiam*] *sit quamobrem* attributa hæc non illi meritò ascribenda veniunt, *ut tu quemadmodum existimes*, *videas* [*etiam atque etiam*] *rogo*. Obsecro te [*etiam ne*] à pen-

[*Etiam*] ex Et & jam conflatum esse apparet. Proinde conjunctio & præponi ei non solet; sed, *pro &* *etiam* dicimus, atque etiam plerunque vim habet addendi, Cic. in Brut.

[*Etiam*] *nonnunquam vim habet redarguendi*, Cic. 2. Phil.

[*Etiam*] *non rarò vim habet affirmandi*, Cic pro Rosc.

[*Etiam atque etiam*,] & *iterum atque iterum*, Cic. Ver.

[*Etiam ne*] *tum admirationis*, *tum etiam amplificationis*, Cic. de Amicitia.

pensis

pensis illius dotibus, à candore latum unguem discedas: tu ad instar omnium quid sit super hac re dicendum planè noveris. Etsi *ulla ratione* [*etiamnum*] *efficere potes* (quod potes quidem) *ut hæc* aliis *explices*, [*etiam nunc*] meditando stas? Virtutem, inquam, sua eripi laude nullatenus perfero.

[*Etiamnum*] *sive etiam nunc pro adhuc* usurpari solet, Cic. Att l. 8. [*Etiam nunc*] ut supra Terent. Eun.

G. Qui autem eruditi & eloquentes aderant?

F. Ex oratorum primatibus ibi fuerunt multi [*etiam tum*] è Sorbonico collegio, quamplurimi: unanima quidem voce illum in cœlum laudibus extulerunt; *Omnia autem* quæ ab illo procedunt, [*etiamsi*] maxima, vilipendit iste.

[*Etiam tum*] *pro etiam tunc* dici solet, Cic. 2. de Orat.

[*Etiamsi*] *vim habet augendi*, Cic. 1. Tusc.

G. Ego tuo judicio non potero non assentiri.

F. [*Etiamsi*] *non is esset qui est*, [*tamen*] *ornandus videretur*, cum è prosapiâ nobilissima ortum habuit, cumque insigni quadam & liberali indole homo sit. [*Etiamsi*] *non est in genere* præ omnibus, [*certe*] non est in vulgari, sed in splendido nobilium gradu.

[*Etiamsi*] *pro Etsi* usitatum est, Cic. lib. 14. ep. 19.

[*Etiamsi*] *pro Etsi* cum [*tamen*] Cic. lib. 14. ep. 19.

[*Etiamsi*] *pro etsi* cum [*certe*] Cic. de optim. genere Orator.

Dialogus 35.

Holerius. Iolittus.

[*Etsi*] non solum *tamen adsciscit, interdum At, vel Attamen, sed* [*Etsi*] cum [*tamen*] Cic. lib. 6. ep. 19.

Vt supra, [*Etsi*] cum [*At*] Cic. in Orat.

Vt supra, [*Etsi*] cum [*at tamen.*]

[*Etsi*] jungitur interdum cum [*sed*] Cic. lib. 9 ep. 16.

[*Etsi*] cum [*sed tamē*] Cic. lib. 15. ep. 17.

[*Etsi*] cum [*veruntamen*] Cic. l. 13. ep. 41

[*E*] vel [*Ex,*] *causa a qua vel propter quam res est.*

[*E*] Cic. 8 Phil.

[*Ex*] Cic. Arusp.

H. Dicitur de Triverio ex quibusdam rhythmis suis sale conditis se admodum superbire: consulendum esset illi. [*Etsi*] *adest maturitas ætatis*; *jam* [*tamen*] *personare aures ejusmodi vocibus non est utile.* [*Etsi*] *magister ejus* fuit insignis, [*at*] *non* Virgilius. [*Etsi*] non invenimus qui longe illum ingenio præcedat, [*at tamen*] doctrinâ quamplurimos.

I. Ah! Quorsum hæc?

H. Elati animi homo est. [*Etsi*] carmina suo genere præclara aliàs composuerit, [*Sed*] non id genus fuere quin quod indies præstantiora in lucem prodeant. [*Etsi*] *me quidem non offendunt* qui multis illum laudibus efferunt, [*sed tamen*] inspicienda esset illius doctrina, & mores. [*Etsi*] *suavia* sunt illius eloquia, [*veruntamen*] si benè trutinentur, sublimiori doctrinâ omnino vacent. Nihil refert si id-ipsum nonnullis videatur secùs: doctissimi ita mecum unà sentiunt. Superbit [*è*] naturæ dotibus, nimirum [*ex*] ingenio.

Dialogus

Dialogus 36.

Lombardus. Nennius.

L. QVo itur tendisti heri? N. Vt ut opportunitatem jam tum mihi oblatam arriperem, magnifici illius palatii magni Etruriæ Ducis nimirum contemplandi causa, *Vbi* inter cætera objecta *simulacrum* [1 *Ex*] *ære* optime conformatum vidi. *Poculum etiam* [2 *Ex*] *auro: erat etiam vas vinarium* [3 *Ex*] *una gemma pergrandi, trulla excavata:* aliud [è] marmore. Dux se rus contulit.

L. Quomodo valet Fabricius?

N. *Laborat* [è] *renibus, laborat etiam* [*ex*] *pedibus*, nec non [*ex*] *capite, homo* [4 *ex*] *numero disertorum* primus, [5 *ex*] omnibus *detulit principatum* naturæ dotibus *unus* [6 *ex*] *omnibus*, immo & *unus* [è] *multis* qui serio & sedulò in literas operam navarit. Simplex tamen & apertus, *qui nihil* [7 *ex*] *occulto, nihil* [8 *ex*] *insidiis agendum putat*. [9 *Ex*] *præceptis philosophiæ acta* est illius *vita, nihil nisi* [10 *ex*] *optimo more & sanctissima disciplina* facit. *Equidem dicam* [10 *ex animo*] *quod sentio*. Nulli ipse secundus est.

[E] vel [Ex] *sæpè materiam* designat.
[1 *Ex*] Cic. 6. Ver.
[2 *Ex*] Cic. 6. Ver.
[3 *Ex*] Cic. 6. Ver.

[E] & [Ex] parti juncta interdum.
[E] Cic. Tuscul.
[4 *Ex*] Cic. lib. 9. ep. 23.
[5 *Ex*] Cic.
[6 *E*] & [*Ex*] non raro ad multitudinem aut numerũ refertur, Cic 1. de Orat. ad numerum.
Cic. 1. Phil. ad multitudinem. Cic.
E, *et Ex alias modum declarant.*
[7 *Ex*] Cic. 1. Offic.
[8 *E & Ex*] aliquando ponitur *pro secundum*. [9 *Ex*] Cic. 5. Tusculan. Cic. Phil. [11 *Ex animo*] simulationi opponitur. [10 *Ex*] ut supra. Cic. in Pisonem.

N. Quid scripsit, quidve fecit tantis laudibus dignum?

L. [*Ex*] *ea die ad hanc diem* qua tu illum ultimò vidisti, præclarissima composuit opera: *multa quæ* [*ex*] minimo [*intervallo*] *non apparent*, longius quidem tempus *aperit*.

N. Deinde [*ex*] *hoc tempore miretur potius* & obstupescat populus, virum [*è*] stupido & ignaro eruditum evadere aliquando.

L. Si mihi fidem adhibes, *facias* [*ex*] tua dignitate & justitiâ, ut alii rectè hæc capessant, & mihi ipsi quidem pergratum feceris.

[*Ex animo*] Simulationi opponitur, Cic. in Pison.
[*Ex*] sæpè *ad tempus præteritum* accommodatur, Cic 3. Ver.
[*Ex intervallo*] *tum ad locum, tum ad tempus r*efertur, Liv. lib. 8. de Bell. Punic.
[*Ex*] aliquando usurpatur *pro post*, Cic. pro Sext.
[*E*] vel [*Ex*] *interdum designat utilitatem*, Cic. ad Brut. ep. 2.

Dialogus 37.

Lomelius. Melingerius.

L. S*Ensibus & animo ea quæ* [*extra*] *sunt percipimus*; quæ autem recondita sunt nobis, æquè ignota, ut nihil super his judicare poterimus.

M. Quid autem de Ieronymi crimine discernitur?

L. *Se* [*extra*] *omnem culpam posuit. Sed* & [*extra*] *jocum* ita crediderim ipse, homo cum is admodum prudens sit [*extra*] *civitatis* primates. Omnes lædit alter, qui extrinsecus justus esse videtur.

[*Extra*] adverbium contrarium habet intra, Cic. 1. de Nat. Deor.
[*Extra*] translatum, Cic. de Univ.
[*Extra*] usurpat, Cic. lib. 7 ep. 16.
[*Extra*] non rarò usurpatur pro præter, Cic. lib. 7. ep 3.

tur. At iste quamplurimorum judicio, *non solùm* doctrinâ, *sed etiam* & moribus [*facile*] Princeps civitatis esse perhibetur.

M. An hujusmodi is est, ut illum *virum unum* esse *totius* urbis [*facile doctissimum*] existiment, adeo *ut ei nihil* [1 *fermè*] *quidpiam* possit *addi?* notissimus mihi est. *Omnes* [2 *fere*] *familiares Cæsaris me* illius causâ *colunt*. *Hæc* [3 *ferè*] *habui dicere* de illius naturâ, indole, & doctrinâ. Ab his *disjungo me* [4 *ferè*] ne plus justo illi videar attribuere.

L. Quid amicitiæ inter vos intervenit aliâs.

M [5 [*Fortè*] *evenit ut* Romæ contubernales essemus, tum primùm amicitiam hanc contraximus; *habes* discursum à me *verbosiorem* [6 *fortasse*] *quam velles:* conniveas autem mihi, amoris mei in illum ergò in hæc incidi. [7 *Si*] *quis* Momistarum absentium, *aut eorum qui adsunt* [8 *fortè*] *miretur* hæc illi ascripta esse, hæc vera tradita esse ubique accipiet, [9 *nisi fortè*] aliquem inveneris lividum qui nullatenùs illius encomia passurus sit. [10 *Ne forte*] hæc quæ dixi absque

[*Facile*] ut vulgarem ejus significationem taceamus, *interdum usurpatur pro sine controversia*, Cic. 2. de Divin.

[*Facile*] jungitur etiam *cum superlativo*, Cic. pro Rab. Posth.

[*Ferè*] & [*ferme*] *imminuunt vel augent rem aut numerum.*

[1 *Fermè*] *rem imminuit*, Cic. in Brut.

[2 *Ferè*] *numerum imminuit*, Cic. lib. ep.

[3 *Ferè*] *interdum videtur aliquid addere*, Cic l. 3. de Nat. Deorum.

[4 *Ferè*] pro plerumque, Cic. l. 1. ep.

[5 *Fortè*] & *fortassè* non tam origine, quã significatione, & usu differunt.

[*Fortè*] *idem est quod casu*, Cic. 1. de Orat.

[6 *Fortasse*,] *idem de fortassis & forsitan dicendum est, dubitationẽ continet.*

Quoties antecedit.

[7 *Si*,] Nisi, vel Ne, [*Fortè*] dicitur, non *fortasse neque forsitan*, Cic. 2. Ver. [9 *Nisi forte*,] ut supra, Cic. pro Mil. [10 *Ne forte*] ut supra, Cic. 2. de Orat.

aliorum testimonio, rebusque quam exactissimè perpensis *magna ac mirabilia videantur*, diligenter inquiras velim.

Dialogus 38.

Navarra. Onuphrius.

N. GRatissimus huc advenisti tu, omni scientiarum genere refertissime.

O. Parce dictis quæso, non is sum, & quamplurimi mecum una idem sentiunt.

N. At ego non aliter existimo [*forsitan*] æmulus *quispiam dixerit, numne igitur ita* est? [*fortasse*] etiam idem *dicas* tu, *quid ergo?* novimus enim te. Adsint Gerardus, & Iessenus, ingenuè fatemini. [1 *an*] credis Gerarde? credis [2 *ne*] Iessenue & tu? immo uterque norunt me justè loquutum fuisse, & [3 *hactenus*] *est quod à me* dici poterit, non enim literarum omnino ignarus sum ipse; deinde ab eruditissimis, iisque fide dignissimis hæc accepi, verba autem à me [4 *hactenus*] tradita id genus essent [*ut*]

[*Forsitan*] & *fortasse* nonnunquam objectiones præcurrunt. [*Forsitan*,] ut supra, Cic de Orat. [*Fortasse*] ut supra, Cic. 1. Ver.

Admonitio.

Quoties accedit interrogatio, non solet usurpari fortè, aut fortasse, aut forsitan, sed [1 *An*] vel [2 *Ne*.] [3 *Hactenus*,] ex hac & tenus factum, *usque ab hunc locum seu terminum significat*, Cic. Att. lib. 11. [4 *Hactenus* ut supra cum *ut*, Cic. 2. de Orat.

certis dicendi luminibus ornarentur, quorum non sum ipse compos. [*Hactenus*] dixi [*quoad*] *certior* fias quid de te judicij passim circumfertur. Nunc autem [*hactenus*] *admirabor eorum tarditatem* ingenii, & doctrinarum tenuitatem, [*quod*] quempiam te doctiorem existiment.

O. Obsecro super his ne plura dicas. Quis est ille quem heri convenisti?

N. Vir scientiis admodum instructus is est, *Cujus pater homo prudens & gravis* ([*haud quaquam*] *eloquens*) *saluti reipublicæ fuit:* is filius suus [*haud*] *est* [*sane*] cui aliquid perfectionum addi potest. Vir sapientissimus, *atque* [1 *haud scio an*] *omnium* in illa urbe ubi habitat *præstantissimus*, [2 *haud paulo*] doctior *quam* eorum quispiam.

O. Quibusnam ipse scientiis instructissimus est?

N. Omnibus penè dixerim doctrinarum generibus imbutus est. Longe lateque & diu in hunc finem per varias & varias regiones peregrinatus fuit, nec non & jam totus ipse in studiis est, paucis ante discessum instructus literis.

O. [*Hic*,] *miramur tantum hunc hominem tantum excellere cæteris.*

N. At quidem non, vitæ scilicet conditione mutata. [*Hic*] *ego quid* amplius *prædicem?* quibus mediis hic me explicem,

 cem,

[*Hactenus*] ut supra cum *quod*, Cic. l. 4. ep. 13.

[*Hactenus*] ut supra cum *quod* Cic. lib. 1. de Nat. Deor.

Admonitio.

Cum usque ad hoc tempus significatur, non solet hactenus usurpari, sed adhuc lege Adhuc.

[*Haud*] *idem est quod non cum* [*quaquam*,] & *vehementius negat*, Cic. 1. de Orat.

[*Haud*] ut supra cum [*sane*] Cic 3. Tusc.

[1. *Haud scio an*,] usurpatur *pro fortasse cum aliquod dubium affirmare volumus*, Cic. 2. de Nat. Deor.

[2 *Haud paulo*] *idem est quod multo*, Cic. lib. 7. ep. 1.

[*Hic*,] per translationem ad res alias accommodatur, ac sæpè significat, *cum ita sese res habet; cumve res eo loci sit*, Cic. pro lege Manilia.

[*Hic*] *pro nunc*, Cic. pro Sext.

[*Hic jam*] *pro nunc* Cic pro lege Manilia

cem non sane novi. [*Hic jam*] plura non dicam.

Dialogus 39.

Pontanus. Quambinus.

P. QVosdam latrones heri astutissimè apprehensos esse in vico Dubino audivi.

Q. Quomodo autem se gerebant miseri.

[*Hic*] *interdum usurpatur pro tunc, nimirum, cum ad tempus præteritum refertur*, Cic. 5. Ver

[*Hic tum*] interdum *usurpatur pro tunc, nimirum, cum ad tempus præteritum refertur*, Cic. pro Cluent.

[*Hoc quo,*] *pro tanto quanto*, Cic. lib. 13. ep 26

[*Hoc quod*] & *hoc quia pro eo quod, eo quia, eleganter usurpantur cum antecedit comparativus*, Cic. Att. lib. 9.

[*Hoc quia*] ut supra.

P. [*Hic*] *illi flentes rogare atque orare cœperunt*, frustra tamen, quinimmo abducti, & in carcerem merito conjecti sunt. Multum dispendii ab his aliàs Fabritio fuit illatum, maturius perpensis his, [*Hic tum*] *Fabritius* in latrones istos excubias fecit; in hos inde brevi spatio manus injecit; [*hæc*] *audio libentius* [*quò*] *sæpius*, & mihi memoriæ hæc recondo. Attamen si hujusmodi mihi unquam advenerint, nimis mihi non fidam: ejusdem consilio utar, & [*hoc*] *libentius* [*quod*] ipse non solum acutissimi ingenii sit, sed & quod eorum astutias apprimè noverit. Iam mirum cuipiam esse videretur, quomodo hæc fieri potuissent; *Quod* [*hoc*] etiam admirabilius esse *videtur*, [*quia*] latrones isti sagacissimi esse

per-

perhibentur. Q. Mira narras: At missa hæc faciamus. Quomodo valet Tolanus, & quem spirat aërem?

P. Quid illius meministi? Ah! proh dolor [1 *hinc*] *à nobis in cœlum* translatus est. *Via quæ est* [2 *hinc*] *in* Galliam, truculentissimis à latronum manibus occubuit miser: iis in locis parvi penditur justitia & charitas; sibi solum consulit quisque; [*hinc*] *expilationes, direptionesque sociorum*; [*hinc*] omnis calamitas originem ducit & fovetur utique.

[*Hinc*] *proprie est de loco sed ad alias res transfertur.*
1 Cic. 1. Tusc.
2 Cic. 1. de Fin.

[*Hinc*] *translatum: hoc quinda est*, Cic 2. Offic

Q. Defiendum mihi quidem refers. An autem hisce temporibus huic similia referuntur.

P. [*Hinc*] & [*illinc*] hæc indies evenerunt.

[*Hinc*] & [*illinc*] *pro hinc inde eleganter dicitur*, Plaut. Mostel.

Q. Oh tempora! Oh mores!

Dialogus 40.

Rhetius. Smetius.

R. QVis Ioanni surripuit pecunias? S. Quis fuerit nondum certo constat, sed inter convivas aliquem, nec injuriâ creditur, hæc eorum quibusdam plane enarravit. Quid respondeat eorum quisque nescit, [*hâc illac*] *circumcurrunt*, ut à latrocinio sese quisque innocens

[*Hâc illâ.*] Terent. Heaut.

cens vendicet; *inveniendum tamen est argentum.*

R. Quis istius rei sit exitus hinc visum eamus.

S. Hinc latum unguèm discedere non ausim, *ne forte* [*huc illuc*] cursitando temporis præscripti obliviscar. Hæc autem certò accipias, *illum rem* [*huc*] *deduxisse,* [*ut*] parum absit quin Bulandum furti arguisset.

R. [*Huccine*] *ut* hujusmodi sit Bulandus, recidit? ut ille, modo quem omnes in virum justissimum retulerunt, injustus deprehendatur. Hoccine credibile est?

S. Admodum probabile quidem. Accusator prudens amicis unicus, æque & fidelis. [*Jam*] *quantum consilio, quantum dicendi gravitate,* & copia valeat, dicant qui illum agendo & dicendo norint. Legum peritissimus, Mathematicis instructissimus, moralibus exquisitissimus; an non etiam elucet ut spectatissimus judex? alius qui eandem tenuit dignitatem, aliter sese gerebat; [*jam vero*] *ita facilis aditus ad eum privatorum, ita libera querimoniæ* de aliorum injuriis illatis, ut nihil humilius, nihil suavius illo inveniri possit; utpote qui omnia omni charitate disponit. Te [*jam*] *à prima adolescentia* [*novi,*] nec quæ non existimem vera tibi pro veris ullatenus traderem.

R. Quamdiu est quod inter vos coaluit amicitia?

[*Hùc illùc,*] Cic. Att. lib 9.

[*Huc*] cum [*ut*] propriè ad hunc locum, sed *interdum per metaphoram usurpatur,* Cic. 2. Catil.

[*Huccine*] dicimus, *cum interrogamus per indignationem,* Cic. 7. Ver.

Hiccine, Haccine, Hoccine, admirationem ferè continent aut indignationem, Terent. Andr.

[*Iam,*] & *jam verò, transitioni serviunt.*

[*Iam*] ut supra, Cic. pro lege Manilia.

[*Iam verò*] ut supra, Cic. pro lege Manilia

[*Jam*] *tempor præterito juncta sæpe præpositioni* [*A*] vel [*Ab*] jungitur, Cic. lib. 1. ep. 1.

S.

S. [*Jam ab*] illo tempore [*cum*] Romam mihi obviam venisti: jam ab ea non longe mille passus aberas, cum ille appulit domum meam; quo vultu illum acceperim facile conjectari potes. [*Jam nunc*] *mente & cogitatione perspicio quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sunt*. Magnæ spei homo fuit, perfectionem tandem adeptus est, adeo ut illum gravissimi quidam viri indies consulunt, quæ successerunt, [*jam tum*] eventura facile credidi.

R. Quem in Sotium præter te sibi adscivit?

S. Bembum [*jam tum*] *quidem* [*cum*] *ille Romæ viveret, & magni faciebat & probabat*.

[*Iam,*] *quoties tempus declarat,* [*Cum*] libenter adscifcit, Cæsar lib 6. de Bell. Gall.

[*Iam nunc,*] *pro jam ex hoc tempore, seu pro eo* quod Barbari dicunt, *ex nunc*, *eleganter dicitur*, Cic. 1. Ver.

[*Jam tum*] est quo Barbari dicūt *ex tunc*, *pro jam ex eo tempore*, Cic. pro Cluent.

[*Iam tum*] sæpe assumit *cum* Cic. li. 13. ep. 16.

Dialogus 41.

Trevisanus. Verdunus.

T. QVi hoc fit quod ab amico tuo nullas novissimè accepisti literas?

V. Et [*jam diu*] *propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur*; hinc *conventus qui initio celebrantur* [*jamdiu*] *fieri desierint* [*jamdiu*] *hunc flagitamus*.

V. Quid autem super his ait Bernardus?

[*Iamdiu*] *præterito tempori adjungitur*, Cic. l. 2 ep. 13.

[*Iamdiu*] ut supra, Cic. Att. lib. 1.

[*Iamdiu,*] *quoties actio adhuc durat præsenti tempore jungitur*, Cic. 5. Ver.

T.

T. Ipse nihil novit, nam [*jamdiu*] meditatur super his, [*jamdiu*] meditatur super his, [*jamdiu venit*] percontatum me de hac re. [1 *Iamdudum*] conventum hunc *expectarunt & Sulpitius & Cotta.*

V. *Cupio equidem &* [2 *jampridem*] *cupio* hunc fieri in magnum ipsius Reipublicæ commodum. [3 *Iampridem*] *intellexisti voluntatem meam.*

T. Ego eodem desiderio captus sum [*jam inde ab*] his quæ tractanda essent benè perpensis. Vetus opinio est, & rationi conformis [*jam usque*] à primis *ducta temporibus*, hominem debuisse omnibus profecisse.

V. Discedendum mihi [*jam tandem*] est.

Admonitio. Iamdiu cum [est quod] conjungi non solet, itaque pro jamdiu est quod studet, aut quod venit, dicendum est, [*jamdiu*] *studet*, [*jamdiu venit.*] [1 *Jamdudum*,] *longius spatium designat quam dudum. & jampridem quam pridem, & ad præsens tempus & ad præteritum accommodatur*, Cic. lib. 2. de Orat. [2 *Iampridem*] ut supra. Cic. Att. lib. [3 *Iampridem*] ut supra, Cic. Att. lib. 11. [4 *Iam inde*,] *a*, vel [*ab*,] *est*, *inde usque à*, *vel ab*, Cic. 14. Phil. [5 *Iam usque*,] *idem quod jam inde*, Cic. 1. de Div. [*Iam tandem*] est *nunc tandem*, Cic. lib. 14. ep. 23.

Dialogus 42.

Ambrosius. Belerius.

A. QVidam inter vos, errore seducti, *putarunt me* [*idcirco*] à vobis *discessisse* [*quod*] *quosdam homines oculi*

[*Idcirco*] *idem est quod ideo*, sæpe jungitur cum *quod*, interdum cum *Quia*, ac tum præcedit, tum subsequitur. [*Idcirco*,] *idem quod ideo*, jungitur cum [*Quod*] Cic. lib. 9. ep. 2.

oculi mei ferre non possint, longè quidem oberrârunt: [*idcirco*] ita à me factum invenies, [*quia*] *veram causam habebam*, non enim negotia, ut rectè nôsti, negligenda esse veniunt.

[*Idcirco*, cum [*Quia*] ut supra, Cic. 1. de Invent.

B. Nihil planius, nihil certius est.

A. Hi [*idcirco*] ita dixerunt, [*ut*] me in obloquium deducant; hæc iis [*idcirco*] non dico, [*ne*] rixæ inter nos suboriantur.

Idcirco, alias cum *Ut*, aut *Ne*.
[*Idcirco*] cum [*ut*] Cic. lib 6. ep 1.
[*Idcirco*] cum *Ne*] Cic. lib 13. ep. 7.

B. Prudentissimè quidem facis. At cur cum ruri agerem, tam paucas ad me dedisti literas?

A. [*Ideo*] *rariùs scripsi* [*quòd*] *non habebam idoneum cui darem*.

Ideo, eandem vim quā *Idcirco*, & eosdem usus habet.

B. Dicendum tibi esset veriùs [*ideo quia*] *nihil decet invitâ Minervâ, ut aiunt*.

[*Ideo*] cum [*quod*] Cic. lib. 12. ep. 14.
[*Ideo*] cum [*quia*] Cic. 1. Offic.

A. An [*ideo*] hæc verba profers, [*ut*] me de amicitia in te meâ incuses? [*Ideóne*] hæc dicta sunt, [*ut*] mihi innotescas te mecum nullum posthac consortium habiturum?

[*Ideo ut*] Cic. 4. Ver.
[*Ideo ut*.]

B. Quid? Ironicè hoc dictum fuit, & ita te mea verba velim exponas.

A. Thomam acerbissimè coram Comitiis in Paredum declamâsse accepi. [*Ideo ne*] non injustus esse videretur, cùm amicitiæ causa ulli parceret? An non honorari ab adversario quamplurimis subdole conductus fuerit?

[*Ideo ne*] Cic. 3. Ver.

B. Nescio sanè, peroravit quidem acriter; [*idemque*] *valet* [*ac*] *si illum* omnino

[*Idem*] cum [*ac*] sæpe jungitur, Cic. pro Syl.

[Idem] cum [atque] Cic. pro Do.

nino in nihilum redigeret. [Eundem] se demonstravit [atque] Licettus cum ultimam egerit causam. [Eadem] est dispositio illius, [&] hujus, ut nihil putent se rectè facere nisi acerbitate condiatur. [Eidem] praxi [ut] optimæ conveniunt ambo.

[Idem] cum [et] Cic. 1. Offic.

[Idem] cum [ut] Cic. 1. Offic.

Admonitio.

[Idem cum] barbarum est. Ergo non dices: Idem cum illo: Idem tecum, Idem cum Bembo; Sed idem atque ille: Idem ac tu, Idem & Bembus.

Dialogus 43.

Camillus. Dodus.

C. AN aliquando alienus à me, quod huc jamdiu non accesseris?

[Idem] persæpe assumit Qui, Quæ, Quod, Cic. 3. Ver.

D. Tibi [idem] profectò *sum* [*qui*] *fuissem.*

[Identidem] est sæpius per intervalla, aut frequenter, Cic. 2. de Finibus.

C. Parum huc usque à me prolatum, [*Identidem*] in causâ meâ in me inimicum, immo & acerrimum te palàm aperuisti.

D. Hæc mihi injuriâ quidem imposita sunt.

[Illico,] dictum quasi in loco, id est, in eodē loco, usurpatur pro statim, Cic. pro Mur.

C. *Simulatque increbuit suspicio*, te id genus esse virum, [*illico*] consocii omnes admirari occœperunt, & cum opportunitas discurrendi tunc temporis non daretur, è cœtu unus ad cœnam nos omnes

nes invitavit in posterum diem, ut animadverteremus in hæc ; sed translatus fuit hic conventus [*in*] *mensem Aprilem*, instabiles evasere , & jam [1 *indies*] differtur , [2 *in singulos dies*] transfertur. Nunquam ulli in tuam integritatem adhibui fidem, & ipse propugnator omninò evasissem si convenissemus utique. Sed missa hæc faciamus. Quid sit de Ieronimo ?

D. Iam nequior quam ante evasit, [*Indies vitium crescit.* In singulos dies decoctorum numerus illum seducit , & in peccatis fovet : non ipse hæc solum conjicio , [*in dies singulos*] *magis magisque* uniuscujusque *opinio* in hac re *confirmatur*.

C. Quomodo autem vivit ?

D. Quid vis referam ? Novissima non sunt illi curæ. [*In diem vivit* ,] & cum *perditissimis non solum de die , sed etiam* [*in diem vivit.*] [*In*] *omne* [*posterum*] *tempus* caveant sibi juniores ne impiis associentur, [*in perpetuum*] illorum conversationem aversentur.

C. De his hactenus. Ad alia jam transferatur oratio nostra. Edictum novissimè promulgatum vidi , in quo hæc recordor , [*in*] capita uniuscujusque Oenopolæ [*in*] belli expensa [*in*] mensem singulum quatuor exhibendos esse aureos. Item edicitur duos iis solvendum aureos [*in*] singula vini Hispanici dolia.

Va-

Admonitio.
Præpositio in, præter vulgatos usus , alios quosdam magis recóditos habet.

[*In*] *ad tempus relata,* Cic. 1. Offic.

[1 *Indies*,] & [*in singulos dies*] significationem eandem habent, hoc differunt quod alterum *imminutũ* est, alterum plenum.

[2 *In singulos dies*,] *plenum* ut supra, Cic. 3 Catil.

[*Indies*,] *imminutum* ut supra Cic. Topic.

[*In dies singulos*,] *plenum* ut supra, Cic. li. 6. ep. 12.

[*In diem vivere*, Cic. 2 Phil.

[*In posterum*,] Cic. 2. de Div.

[*In perpetuum*,] Cic. in Ver.

[*In*] *sæpè distributioni servit*, Livius lib. 31. Huc revocanda sunt illa quæ ad pretium pertinent, Cic. pro Font.

[*In*] Cic. pro Font.

[*In modum*] elegantes & varios usus habet Liv.lib.1.
[*Inmodum*] ut supra, Cic.de Provid.
[*In modum*] ut supra, Cic.lib.15.ep.9.
[1 *In hanc sententiam*] Cic.de Divin.
[2 *In eam*] sententiam Cic,Att.lib.2.

Vaticinantis [*in modum*] hæc cecinit Turnebus: *miserandum* autem [*in modum*] hinc gravi mœstitia captus est Oenopola ille Ieronimus. Quantum spectat ad me, *mirandum* [*in modum*] *gaudeo:* [1 *in hanc*] [2 *eandem sententiam*] secedunt, præter rebelles quosdam, omnes in unum.

Dialogus 44.

Emilius. Felinus.

E. QValisnam fuit illa classis quæ nostram invasit?

[*In speciem*] Cic.7. Ver.

F. *Praclara* quidem *classis* [*in speciem,*] *sed inops & infirma.*

E. Quid à dimicatione reportavimus nos.

[*In speciem*] Liv.l.30.

F. *Ducentos, paucos* [*in speciem*] captivos, nobiles autem hi omnes, cæteri manumissi.

E. Trimelium è nostris ducem præstantissimum in periculo mortis versari audivi.

[*In speciem*] Liv.l.38.

F. At non recenter; sperem, convaluit enim: verum est illum *tenui vulnere* [*in speciem*] at admodum periculoso laborasse. E. Ab hinc menses aliquot antiquorum quasdam urnas invenerunt fossores in

in opus Lobellii conducti, *unumquodque vas* [*in manus*] sumpsi, unam *pixidem* [*tenui in manu*] diu, insigni opere constructam: paulo post *in* [*manibus erant*] omnium adstantium.

[*In manus*] sumere, Cic. 6. Ver.

[*In manu tenere*] Cic. pro Cluent.

F. An adhuc sub judice lis est ipsius Metellii causa?

[*In manibus esse*] per translationem multa significat, Liv. l. 4.

E. Res adhuc [*in manibus est*] judicum.

[*In manibus esse*] ut supra, Liv. lib. 25.

F. Quam autem spem habeat ipse in manibus libenter scirem.

E. De spe ne unum quidem feci verbum, tres jurisperiti destinantur qui causam agant, quinque judices quibus hæc [*in orbem*] audienda, discutienda, & determinanda referuntur.

[*In orbem*] pro per vices, Liv. lib. 5.

Dialogus 45.

Galba. Heliodorus.

G. HEri duo in platea Argentea tribus viris, & illis quidem strenuis, concertarunt. [*Inde*] Agrippa, [*inde*] Tiberius accesserunt, duorumque partes sustinuerunt. Agrippa *jam* [1 *inde*] a primis adolescentiæ annis magnanimus existimabatur, attamen *jam* [2 *inde*] *à principio* illorum accessus in dubium vertebatur quænam pars deficeret. Vicerunt autem, his suis subsidiis, illi duo,

[*Inde*] sæpe ponitur pro deinde, Liv. l. 1.

[1 *Inde*] non solum ad locum, sed ad tempus refertur, Cic. 2. de Nat. Deorum.

[2 [*Inde*] ut supra, Cic. de Prov. Cons.

multis ſuis adverſariis inflictis vulneribus, iiſque quidem pænè læthalibus.

H. Nudiùs etiam tertiùs inter Reburum & Thomam acerrima fiebat pugna. Certaminis iſtius cauſam quam diligentiſſimè inquiſiverunt multi, nec [*inde*] norunt [*unde*] originem ſumpſit.

[Inde, unde,] & ad locum, & ad alia per trãſlationem accommodatur Cic. lib. 13. ep. 39.

G. Recenſeas autem tu. H. Si [*inde*] *inciperem narrare* [*unde*] originem ſortitur, longa nimis foret oratio. Non [*unde*] fluxit primò [*inde*] *initium ſumam* ne tædio tibi forem: cum te proximè convenerim, quædam in quibus acquieſcas brevibus aperiam.

[*Inde, unde,*] ut ſupra, Cic. 1. de Inv.

[*Unde, inde*] ut ſupra, Cic. 1. de Inv.

G. Dictum ſit.

H. Cuiates ſunt Advenæ illi duo, Guaſtavus & Replerus, de quorum divitiis tanta prædicantur paſſim?

G. Guaſtavus Viennæ natus; [*indidem*] Replerus; [*indidemque*] Verrutius quem optimè noviſti, quem non nominas, inſignis ille Thomaſius, qui divitiis utrumque præcedit.

[*Indidem*] *eſt ex eodem loco*, Cic. pro Roſc.

[*Indidem,*] Cic. 1. de Div.

H. Quid de oratione à Metellio habitâ audiviſti?

G. Approbant quidam, improbant tamen alii; qui improbant, urgent illum tranſlatitio quodam more loqui; approbantes autem, majore ratione aſſerunt, quod [*unde*] *ſimile duci poteſt* [*indidem*] *verbum* tranſlatum lumen affert orationi. G. Et rectè quidem dicunt.

[*Unde indidem*] Cic. de Orat.

Dialogus

Dialogus 46.

Indus. Landinus.

I. QVid de splendido Imperatore post urbem Brundusium ab illo captam, in quo jam diu vixit, & cui præsidere fertur?

L. Ex superbia ei nata [*inibi*] se in semi-deum retulit.

I. Philosophus quem convenisti, quid de mundi dispositione statuit?

L. Ait [*supra*] *lunam omnia æterna esse,* [*infra*] *autem nihil esse nisi mortale.*

I. Qualisnam est iste?

L. Humanas res despicit, atque [*infra se*] *positas* [*arbitratur,*] *omnia quæ homini accidunt* [*infra se*] *esse* [*judicat,*] [*infra se*] *humana omnia* [*ducit*] nec est Philosophus [*infra*] vulgares.

[*Inibi,*] ex in, & ibi factum *est in eodem loco,* Cic. 2. Agrar.

[*Infra*] contrarium habet [*supra*] Cic. li. 6. de Republ.

[*Infra*] & *supra translata.*

[*Infra se arbitrari*] Cic. 2. Tusc.

[*Infra*] ut supra.

[*Infra se judicat,*] Cic. 3. Tusc.

[*Infra*] ut supra. [*infra se ducit,*] Cic. de Fin. [*Infra*] *interdum usurpatur pro post,* Cic. in Brut.

Dialogus 47.

Nenninus. Omnibonus.

N. NOs heris conveniſſe noſti?

O. Novi.

N. Interim Varus Vticam venit. *Hoc* [1 *interim*] *ſpatio* palatium dictum ſuperbum *concidit*, ſuper reædificatione fiebant hodiè, [*interim dum*] de illa res *inter ſe agunt* iis nova id genus accidentia referuntur:

Interim & *interea*, vim habent eandem: ſed *interim ferè abſolutè* ponitur.
[1 *Interim*] *abſolutè* Cic. 2. de Orat.
[2 *Interim*] *rarò* [*dum*] adſciſcit, Cæſ lib. 5. de bello Gal
Interea ſæpè quidem abſolutè ponitur; *frequentius* tamen quam interim, aſſumit *dum*.
[*Interea dum*] Cic. 2. Phil.
[*Interea dum*] ut ſupra Cic. 2 de Orat.

O. Noſtine autem quid de utriſque decretum ſit?

N. Minimè profectò, diſcedendum eſt mihi.

O. Eas, te autem ſeſquihoram opperiar, [*interea dum*] *tu abes* meditanda ſperem expedivero, [*interea*] *tamen* [*dum*] *hæc quæ* meditor nihil tædii mihi afferent. At fac horâ ſtatutâ redeas.

N. Nullatenus tibi deero.

O. Gratus advenis. Quis litis inter Thomertum & Lembum eſt tandem exitus?

N. Arbitri utrinque electi fuere, qui dijudicarunt, *hæc* [*dum*] Viennæ geruntur, [*interea*] Celſus in Rubellii cauſam primò conductus in Procuratorem, ad legem dextrè progreſſus eſt; quid inter eos factum fuerit omnino ſum neſcius:

[*Dum.*] *interdum antecedit* [*interea*,] Cic. pro Quinct.

Co-

Comitia convenire obtinuit, & validum egit Procuratorem. Causa in Rubellii partes decisa tandem est.

O. Quid autem Rubellius super his, cum aliter ab Arbitris in illius dispendium priùs fuerit dijudicatum? & inposterùm profitetur se [*interea quoad*] uno modo res agantur, non admissurum alium?

[*Interea*] *pro dum interdum reponitur cum* [*quoad*,] Cæsar lib. 1. de bello Gallico.

N. Conturbatus est nimis. Sed qui Sciolorum arbitrio abstrusa magis referunt, non mirentur utique, si hujusmodi in eorum grave detrimentum fiant decreta.

Dialogus 48.

Peredus. Quindenus.

P. QVo tendis? Q. Romam. P. At in quonam hospitio?

Q. Quid de hospitio loqueris? Equidem [*intra*] *parietes* Roscii, cui aliàs hic Athenis fui admodum familiaris. Sæpè me illuc humanissimis sanè literis invitavit, magno exterarum nationum mores novisse desiderio flagrans.

[*Intra*] contrarium habet *extra*, ac *sæpe statutum in lo* [illegible] Cic. Att lib. 3. ep. 14.

P. Mi. amice, *Artis est nosse regiones* [*intra*] *quas venire debeas, ut pervestiges quod quaras.*

[*Intra*] *dicas declarat motum ad locum*, Cic. de Orat.

Q. De Itinerariis autem rectè instructus es?

P. Venetias primò appellam, hinc Bononiam, Academiam celeberrimam.

Q. Vbi est sita quam vocas Bononiam?

[*Intra*] *sæpe usurpatur pro citra*, Cic. pro Sext.

P. [*Intra*] Apenninos montes.

Q. Cave ne itinera diaria nimis protrahas.

P. *Modicè omnia faciam, aut etiam* [*intra*] *modum.*

[*Intra*] ut supra *per translationem*, Cic lib. 4. ep. 13.

Q. Quando reverteris?

[*Intra*] *interdum ad tempus accommodatur*, Cic 2. Ver.

P. [*Intra*] tres annos, Deo propitio: *frangerer jam* [*I ipse me*] quod citius hinc Romam non profectus fuerim.

[*Ipse*] *quatuor his antecedens aut Mihi, Te aut Tibi, Se aut Sibi, eleganter in recto efferri solet.*

[*I ipse me*] Cic lib. 4. ep. 1.

[*Ipse me*] ut supra Cic. lib 4. ep. 8.

[*Ipse me*] ut supra Cic lib 6. ep. 10.

Q. Verbis dolorem tibi lenire cuperem, *non ita abundo ingenio ut te consoler, cum* [*ipse me*] *non possum*, mihi adhuc proficiscendi facultas non datur. Interea *agam per* [*me ipse,*] *& moliar*, ut hic apud nos scientias una etiam & eorum mores mihi acquiram.

P. O utinam te mihi in socium adjungerem.

[*Ipse mihi*] ut supra Cic. lib. 6 ep. 10.

Q. *Quantùm me à te fieri intellexerim, sum* [*mihi ipse*] *testis.*

[*Ipsi*] per [*se*] id est, *per seipsos*, Cic. pro Syl.

P. Hoc iter confecerunt Thomas & Nennius. Sed *nihil per* [*se ipsi*] sine Triverio facere potuerunt.

Q. Ab eorum discessu quamdiu est?

[*Is*] usurpatur pro *His*, Cic. 5. Ver.

P. Sexaginta dies sunt ipsi. *Murgentius*, quem novisti, *vir bonus*, [*is*] *cum* aliquamdiu ibi prælectiones audivisset, doctissimus evasit. Ei præceptor fuit Strato,

Strato, [*is*] *qui Physicus appellatur*, magni quidem ingenii & doctrinæ [*is*] homo: nihil absurdius excogitari potest *quam quod* [*qui*] naturæ dotes haberet, & optimos præceptores, [*is*] indoctus evadat.

[*Is*] ut supra, Cic. l. 1 de Nat. Deor.

[*Is*] sæpè post Pronomen [*Qui*] collocatur, Cic. 2. Phil.

Dialogus 49.

Rhetius. Silvester.

R. QVid de tuis adversariis jam tandem agendum esse decernis?

S. Equidem ex tuo consilio, exemplo, & authoritate alius sum. Ego jam [*is*] *in illos sum* [*quem*] *tu me esse vis*, quod si essem [*ea*] *perfidia qua sunt* [*ii qui*] *in me hæc conferunt*, iis jam in suis magno impedimento essem. Sed ut rectè dicis: *Si* [*ii*] *nos sumus* [*qui*] *esse debemus*, nullos invidiâ lacesseremus. [*Is*] *tu vir es* [*ut*] *eum me esse cupio*.

R. *Nec tamen* [*is*] *sum* [*ut*] *me admodum imperfectum non existimem*, sperem me inter homines bonæ voluntatis annumerandum fore.

S. Conveni mechanicos suo genere singulares, jurisperitos doctos, & experientissimos aliarum professionum quos-

[*Is qui*] *pro talis qualis singulariter ponitur*, Cic. Att. lib.

[*Is qui*] ut supra, Cic. lib. 3. ep. 10.

[*Is qui*] ut supra, Cic. lib. 15 ep. 19.

[*Is ut*] [*is qui*] pro *talis ut sæpissime usurpatur*.

[*Is ut*] Cic. lib. 3 ep.

[*Is ut*] ut supra, Cic. ad Brut. ep. 9.

quosdam. Suam quisque artem vili-penderunt.

R. Hoc nihil in se miri continet, ea est conditio hominum & temporum [*ut*] *sua* [*quemque*] fortunæ & professionis *maximè pœniteat*.

[*Siqui*] ut supra, Cic. l.6.ep.1.

S. Hujusmodi hominem heri conveni: ejus rationes minimo negotio redargui & convelli, [*is*] *ego sum* [*cui*] *vel maxime concedant omnes* (absit verbis jactantia) strenuè quidem in hoc discursu me gessi. *Et* [*eo*] *animo te velim esse* [*quasi*] super hac re benè aliàs meditatus fueris: [*id ætatis*] est in qua perfectio adinvenitur.

[*Is qui*] ut supra, Cic. l 1.ep.6. & 8. & l 10. ep.8.& 10.

[*Is quasi*,] *pro is ut si*, Cic.Att.l.1.ep.8.

[*Id ætatis*] *eleganter usurpatur pro ea ætate*, & accomodatur tum ad senes tum ad pueros vel adulescentulos Cic.Att.lib.4.ep.

R. Cujusnam ætatis erat ille quocum verba fecisti?

S. [*Id ætatis ut*] melius discerneret de hominum variis vitæ generibus. *Sed nunc quidem quoniam* [*id temporis*] *est*, decedendum *censeo*.

[*Id ætatis*] *interdum adsciscit* [*ut*] Cic l.6. ep.18

[*Id temporis*] *pro id tempus, vel eo tempore*, Cic.1,de Orat.

R. Valeas.

Dialogus 50.

Turnebus. Varo.

T. QVomodo perorabat heri is qui insignis apud nos habetur Præco?

V.

V. Tam eximiè, ut ad explicandum *mihi verba desint, nec* [1 *ista*] *vestra oratoria* dignis laudibus illum efferre possint. T. Quid de ejus vita & morte, de quibus sermonem habebat, est quod dixerit?

V. Vitæ illius sanctimonium ex operibus clarissimè aperuit, illumque *ita ex* [*ista*] *vita discessisse tanquam ex hospitio:* perfectum illum esse astruxit. *Malitiosè* fieret quempiam [*istiusmodi*] testimoniis *aliquo consilio obsistere*. Si quisquam circum [*isthac*] *loca* ubi vixerit *commoratus* unquam fuerit, is in ejusdem dicta acquiesceret utique.

T. [*Isthuc*] *quidem* putarem, & tibi aliter credidisse *non* [*ita*] rationi consonum esset, cum omnes vnanimi voce idem prædicant, [*ita*] cum cæteris, eruditi & probi cum sint, sentiendũ omnino esset, [*ita*] *vivam*, ut præ omnibus urbis concivibus præluxit [*ita*] *ero afflictus* [*ut*] *nemo unquam*, si quispiam aliter dixerit: multis nominibus illi obstrictus sum. Mihi quidem molestissimis temporibus [*ita*] *benevole fideliterque præstò fuit*, [*utsi*] *esset à me manumissus*, quinimmò admodum est ipse humilis, [*ita*] saltem *mecum* semper *loquutus est* [*quasi*] illi dignitate par essem, *neque* unquam [*ita*] *se gessit tanquam* elati animi vir, ingenuam enim mansuetudinem semper unicè coluit.

Iste propriè *ad secundã personam* pertinet, ut *Hic ad primam*, Itaque *Iste* dicitur *qui ad te* spectat, ut *Hic qui ad me*.

[1 *Iste*] ad *secundam personam*, Cic. l. 1. ep.

[*Iste*] *Pronomen sæpe in rebus* quas contemnimus ponitur *tanquã alienis à nobis*, Cic. de Senect.

[*Istiusmodi*] *contemptũ ferè continet*, pro tale, Cic. 2. Ver.

[*Isthæc*] *Ista*, & *istuc pro Istud*, Tulliana sunt, Cic. Att.

[*Istuc*] pro *istud*, Cic. 1. Acad.

[*Ita*] sæpè *usurpatur pro aceo, vel valde*, Cic. 2. Acad.

[*Ita*] *pro itaque*, Cic. pro Quinct.

[*Ita*] *interdum jurejurando usurpatur*, Cic. Att. lib. 5.

[*Ita ut*,] *pro adeo ut*, Cic. Att. lib. 2. ep. 42.

[*Ita ut si*] *pro adeo ut si* Cic. lib. 13 ep. 21.

[*Ita quasi*] Cic. lib. 7. ep. 4.

[*Ita tanquam*,] Cic. 6. Ver.

Dialogus

Dialogus 51.

Raphael, Samuel.

R. QVis tuæ causæ arbitris commissæ fuit tandem exitus?

[*Ita quemadmodum*] Cic. de Fato.

[*Ita quomodo*] Cic 2. Agrar.

S. [*Ita*] *certè evenit* [*quemadmodum*] expectavi, omnia ex parte mea decreta fuere. [*Ita*] examinarunt omnia [*quomodo*] à paucis fit. In hæc rectè discernenda & adjicienda & dijudicanda nulla industria sive sollicitudo desiderabatur. R. Nulli unquam in lite responderem. S.

[*Ita si*] *pro hac conditione*, Cic. Att. l. 13. ep.

[*Ita si*] ut supra.

[*Ita ne*] Terent.

[*Ita*] in te injurias inferre quispiam poterit: [*Si*] aliquis tibi bona propria surripiat, & subdole te inscio detinuerit aliquando, [*ita si*] in hæc animadvertendum esse non censes, hallucinaris utique. [*Ita*] *tu isthæc tua facias*, [*ne*] me ita facturum existimes.

[*Ita ut ne*] Cic. lib. 16. ep. 9.

[*Ita ut non*] Cic. 2. Offic.

S. Veruntamen non te de tuis in tua causa sollicitudinibus arguo, *sed* [*ita*] *velim* [*ut ne*] in altercationes facile te dedas [*ita*] quidem administranda sunt tua bona, [*ut*] ea hominum iniquitas abripere [*non*] *possit*, & mea quidem legibus constitutis mordicus vindicarem.

[1 *Itane*] [2 *Itane vero*] *urgentis aut stomachantis*. Cic. 2. Divin. Cic. 7. Ver.

R. [1 *Itane*] *censes?* [2 *Itane vero*] *tu tua* defenderes? Iam longè aliàs appares quam dudum esse videbaris.

Dialogus

Dialogus 52.

Turnebus. Verdunius.

T. EX *me quæsiverunt Bembus* [*item*] & Triverius, quænam inter versus & orationem solutam quoad numerum inveniantur differentiæ. Brevibus his aptissimis verbis exorsus sum, *Ita fit* [*ut*] *non* [*item*] *in oratione* [*ut*] *in versu numerus extet*; qui aliter sentiunt faciunt [*item uti*] inepti, qui nihil prorsus distinguunt, minimè differentiarum compotes, [*item*] inquam [*atque*] omni doctrinâ immunes loquuntur. *Id erat quondam quasi necesse*, ut unicuique rei differentiæ veræ assignarentur, nunc vero *quoquo modo sese res habet, non est* [*item quam*] *dudum* [*Item*] à nobis petunt quid decernendum, [*quemadmodum*] nos è contrario petimus ab iis qui fieri aliter potuisset [*ut*] *enim* in absurdos animadverti solet, [*item*] in illos: [*sicut*] docti omnia apte reddunt, [*item*] ignari unaquæque ineptissimè. [*Sicut*] eruditi omnia exactissime tradunt, indocti [*non item.*]

[*Item*] est similiter, Cic. de Amicitia.

[*Item*] sæpe cum [*ut*] Cic in Orat.

[*Item uti*, Cic 6. Ver.

[*Item atque*] Ciceronianum est.

[*Item*] cum [*quam*] jungitur, Cic. lib. 14. ep. 12.

[*Item quemadmodum*] Cic. Ver. 4.

Interdum [*item*] postponitur, [*Ut*] Cic. 1. Acad.

Interdum [*item*] postponitur [*sicut*] Cic. 1 de Orat.

Admonitio.

Item cum negatione, sæpè in extremam conjicitur clausulam, ut res quæ conferuntur diversæ esse appareant. [*Non item*] ut supra, Cic 4. Tusc.

[*Itidem*] est *similiter*, id est, eodem modo, Cic. Part.
[*Itidem*] adsciscit interdum conjunctionē [*&*] Cic. 2. de legibus [*Itidem ut*,] Terent. Hecyr.
[*Iterum*] pro *secundo eleganter ponitur.*
[*Iterum*] *pro secundo* ut supra, Cic. in Brut.
[1 *Semel*] *alias adsciscit* [*iterum*] Cic. 5. Ver.
[2 *Semel atque iterum*] Cic. pro Cluent.
[*Semel aut iterum*] Cic in Brut.
[*Iterum*] *assumit* [*tertium*], Cic. lib. 1. de Inv.
[*Iterum*] *assumit* [*ac tertio*] Cic. pro Rosc.
[*Iterum ac sæpius*] non nunquam additur, Cic Att. lib. 13. ep. 42.

V. An in tuam tandem descenderunt sententiam?

T. Minimè, ii [*itidem*] & adstantes huic refragabantur, qui [*itidem*] *ab eodem* [*&*] *ab* aliis seducti fuēre. Si vis plura [*itidem*] hujusmodi viri sunt *fermè* [*ut*] *pueri*, *levi sententia* parum à scientiis conditi.

V. Narratio hæc tua *vix digna* est *qua* [*iterum*] recitetur. [1 *Semel*] hominum cœtui, [*iterum*] mihi soli hæc proloquuta fuēre, immo [2 *semel atque iterum*] nescio quoties his aures meæ fuēre transfixæ. *Antistius*, *&* *Piso sæpè eadem dicebant*, *minus sæpè Pomponius*, *rarò autem Carbo*, [*Semel aut iterum*] Philippus. Perseverant illi qui istius opinionis propugnatores sunt, quod me pænè obstupefieri facit. *Primum quidem decipi incommodum est*, [*Iterum*] *stultum*, [*Tertium*] *turpe*. Omnia eorum argumenta [*iterum ac tertio*] expugnavi. [*Iterum*] quidem [*ac sæpius*] argumenta valida protuli, & in nullum quidem finem, cum depravati judicii sint ipsi.

Dialo-

Dialogus 53.

Ardoinus. Bantonus.

A. VBi sepelierunt Dominicum.

B. In Ecclesia Formiana *sepultus est [juxta] viam ad quintum lapidem*, quæ quidem ad sacellum rectè ducit.

A. Magna in hac urbe intestina discordia jamdudum viguit, quæ quidem lugubres peperit effectus. [*Juxta*] *boni malique obtruncati fuerunt, trucidarunt inermes* [1 *juxta atque*] *armatos, Absentium bona* [2 *juxta atque*] *intemperatorum divisa fuerunt*, [3 *juxta ac si*] nullus ab eorum stragibus liber foret: *Quo in loco res nostra fuerunt* [*juxta*] me [*cum*] *intelligis*.

[Iuxta] *præpositio, est apud*, Cic. ad Att.

[*Juxta*] *sæpe usurpatur ut atque*, Salust. Jugurth.

[1 *Iuxta atque*] & [2 *Iuxta ac*] historica fere sunt, Liv. l. 2.

Admonitio.

Quod minus verisimile, aut usitatum est, id antecedere solet, Liv. & se juxta hyeme atque æstate bella gerere posse, lib. 5. [*Iuxta ac si*,] Ciceronianum est. [*Iuxta*] *interdum assumit* [*cum*] Salust. Catil.

B. Immo sane.

A. [*Iuxta*] Theodorum non est qui te hæc melius capessat. At exaudias, *veritas*, [4 *licet*] *in causis nullum Patronum aut defensorem obtineat, sæpè tamen per se ipsa defenditur*, & elucet: coram judicibus omnia aperiebantur, ii opportunè animadvertunt in maleficos, *quantumvis* [5 *licet*] injustitia aliquando floruit;

[*Iuxta*] *pro secundum vel post* historicum est, Tacit. lib. 5.

Admonitio.

Quoties se jungitur tamen, latius est usurpare etsi, tametsi, quisquam. Nam [licet] hac significatione ut diximus, rarum est, nisi cum concessioni servit. [4 *Licet*] adverbium pro etsi rarum est, Cic. in Vatin. [5 *Licet*] *absolutè positum significat & servit concessioni*, Cic. de Amicitia.

justitia

justitia tamen jam integerrimè viget. *Quantumvis enumeres multos* [*licet*,] centesimam tamen partem quos ego recensere non potes qui passi.

[*Licet*] ut supra, Cic. de legibus.

Licet adjicitur sæpè, per me, per te, per illum, & alia ejusmodi.

[*Licet per me*] Cic. 2. Acad.

[*Licet*] nonnunquam *pro etiamsi* videtur usurpari, Cic. pro Sext.

[*Licet*] *aliàs infinitivo modo junctum, usurpatur pro possumus*, Cic. l. de Div.

A. [*Per me*] vel tot memorare [*licet*] tibi in hac re fidem adhibere nullatenus potuissem.

B. [*Licet*] *omnes in me terrores impenderent*, hæc quæ dixerim iterum proloquerer: hinc *videre* [*licet*] quorundam temporum injustitiam, & aliorum æquitatem.

Dialogus 54.

Carbonius. Dalecampius.

[*Longè*,] *propriè est procul*, Cic. 4. Ver.

[*Longe*] ut supra, Cic. de Amic.

[*Longe lateque*] *usu muniur ad significandū longitudinem & latitudinem spatii*, Cic. pro lege Manilia.

[*Longe lateque*] ut supra, Cic. 2. Div.

[*Longe*] *interdum pro valde aut multum* usurpatur, Cic. pro Font.

C. Cum agerem Brundusii, Epicrates [*longè*] *mihi obviam processit*, qui mihi de bellis illi finitimis multa retulit; quibus facilè præveniendum esset antea: hæc illius fuere verba. *Nos* [*longè*] *prospicere oportet futuros casus*. Iam bellum apud eos *tam* [*longè latéque*] *dispersum est*, ut nunc omnia periculo plena sunt. *Quæ* nam *est alia* belli *causa tam* [*longè latèque*] diffusi, quàm consiliariorum socordia, penes quos omne Decretum & omnis actio versabatur.

D. *O fortunam* [*longè*] *disparem!* quod nullus inter eos oratorem pruden-

ter

ter egerit? *quàm* [*longè multúmque*] *praestet mens atque ratio?* Si illi sua rectè distinxissent, & sollicitè dispofuissent, in has calamitates minimè incidissent utique. Sed [*longè*] *post homines natos* ineptissimi fuere ii: [*longè plurimum*] valuerunt eorum adversarii. [*Longè plurimum*] *ingenio valuisse* hominum majorem partem creditur, ex iis inibi vitam agentibus [*longè*] *primus est Epicrates*, cui nihil omnino commissum fuit.

Note: [*Longe*] *nonnunquam assumit* [*multum*] *significandi gratia*, Cic. 5. de Fin.

Note: [*Longe*] *pro multo saepe usurpatur, nec rarò cum superlativo jungitur*, Cic. in Brut.

Note: [*Longe*] ut supra, Cic. 4. Ver.

Dialogus 55.

Ermillus. Ferutius.

E. Robellium velim excuses: opera enim sua [*magis*] ignorantiâ [*quam*] malitiâ facta esse liquidò apparent.

Note: [*Magis*] *plerumque cum* [*quam*] *jungitur*, Cic. 2. de Orat.

F. Dictum sit.

Admonitio.

Non temerè Magis pro Plus usurpandum est. Magis enim plerumque ad comparationem pertinet, & Potius significat: Plus autem ad magnitudinem, & contrarium habet minus: ut plus virium; plus jucunditatis; item plus posse, & alia ejusmodi; quibus locis Magis usurpare non licet. Lege Plus.

E. Oscitantiam tuam tuis quidem in negotiis non potero non reprehensione dignam existimare. *Expectavi* indies *tuas literas teipsum multo* [*magis.*] Adver-

Note: [*Magis*] *saepe absolute ponitur, sed ita ut quam sit intelligatur*, Cic. lib. 1, ep. 19.

sarius

[*Magis*] ut supra, Cic. lib. 1. ep.

farius enim tuus *ita contendebat ut nunquam* [*magis*].

F. Nihil in hac re prorsus est quod ad te spectet, cum negotiorum meorum tutelam Ricardino prius commiserim.

[*Magis*] nonnunquam *assumit* [*si*] Terent. Heaut.

[*Magis*] *interdum iteratur, rei magis declarandæ gratia*. Cic. l. ep.

[*Magis*] ac [*magis*] ut supra, Cic. Att. l. 14.

[*Magis*] *aliquando cum* [*minus*] comparatur, Terent. Adelph.

[*Maximè*] *iteratur*, Cic. l. 1. ep.

[*Quam maxime*] *rem plerumque auget*, Cic. 1. de Orat.

[*Vel maxime*] *idem pene quod Quam maxime*. Cic. 2. de Nat. Deor.

[*Ut cum maxime*] *ad tempus refertur*, Cic. ad Q. Fr.

[*Quam qui maxime*] *ad personam*, Cic. l. 5. ep.

[*Ut quisq. maxime ita potissimum*] Cic. 3. offic.

E. [*Magis si*] *magis noris*, tua socordia tibi palam fiet, de ea *quotidie* [*magis magisque*] meditatus sum: de te abhinc mensem [*magis*] ac [*magis*] obstupui: tua res agitur. De tuis [*magis*] desperandum, quia [*minus*] subsidio fuisti, & ii [*maxime*] *qui te* [*maxime*] *debuerunt & plurimum potuerunt juvare*, te absente parum adjumenti contulerunt. Cum aliquid tibi occurrit promovendum, in illud [*quam maxime*] sis industrius. *Mihi videntur hæc* [*vel maximè*] *confirmari*. Hæc à prudentibus [*ut cum maximè*] in fœlicem unjuscujusque causæ exitum indies amplexantur. Ipse [*tam sum*] prudentiæ *amicus* [*quam qui maxime*.] [*Ut quisquè maxime*] opprimitur, [*ita*] ei [*potissimum*] magna in rebus agendis adhibenda est cura.

Dialogus

Dialogus 56.

Gandavus. Hensius.

G. QVid in hac re dicas expectavi diu; ne jam ulterius hæsites? *Quorsum recitas responsum non* [*magnopere*] *laboro.*

H. [1 *Magnopere*] *abs te peto* ut illud in aliud tempus differatur.

G. Ad tempus opperiar.

H. Rectè facis. Robertinus autem ob similem dilationem petitam [2 *male accepit*] *verbis Rabonium*, & cum is de ejus apologia contenderet ipsum [3 *male mulctavit*] [4 *male audit*] ipse Robertinus; Bile enim exæstuat ipse.

G. [5 *Male*] *mihi sit si unquam quicquam tam enitar.* [6 *Male narras*] *de illo.* At quid Rabonius?

H. Injuriam hanc illi inflictam mansueti pertulit.

G. [7 *Bene*] de illo [*narras.*] *Quanam autem* [8 *malum*] *est ista tanta audacia, atque amentia?*

H. [9 *Minus*] intelligitur profecto.

[*Magnopere*] ex magno & opere factum, usurpatur *pro multum aut valde*, Cic. pro Rosc.

Adverbium [1 *Magnopere.*] interdum dividitur in ea ex quibus constatur, Cic. Att. lib. 13.

[2 *Male accipere,*] *est male tractare*; & refertur *tum ad verba, tum ad facta*, Cic. 3. Ver.

[3 *Male mulctare,*] *idem est quod pugnis verberibusve male accipere*, Cic. in Brut.

[4 *Male audire*] & *bene audire* fere ad malam aut bonã famam pertinent. Namq; cui maledicitur, is male audit: cui bene dicitur, audit bene, Cic. 5 Tusc.

5 *Male*] *precantis*, Cic. Att. lib. 13. [6 *Male narras,*] *est, tristem nuncium fers*, Cic. Att. lib. 16. [7 *Bene narras*] opponitur *male narras.* [8 *Malum*] *sæpe Interjectio est indignantis*, Cic. 1. Ver. [9 *Minus*] *sæpe pro parum* usurpatur, aut *varius*, Cic. de Amicitia.

Quid autem à viris bile exæstuantibus expectandum sit, ab iis sperandum quidem quæ [*minus*] *eveniunt*. Ex levissima quaque occasione bile excandescunt.

G. Si illi [*minus*] perfectionis fuisset [*quam*] est hæc non potuisset utique, haud [*minus ac*] amentes faciunt isti.

H. Quid autem de Pomponii moribus est quod sentis?

G. Centies errat [*minus atque*] iste.

[*Minus*] *interdum pro Non ponitur, præsertim cum antecedit si*, Cic. 1 de Div.

[*Minus*] assumit [*quã*] apud oratores; interdum *ac*, vel *atque* apud poëtas, Cic. lib. 5. ep. 10

[*Minus ac*] Virg. 5. Æneid.

[*Minus atque*] Horat. lib. 2. Satyr. 7.

Dialogus 57.

Ireneus, Lessius.

I. SErvum mihi conduxi qui *mihi jam* [*minus minúsque*] *obtemperat*.

L. Anne Pomponius est?

I. Minimè quidem, *mihi placebat Pomponius maximè, vel* [*minime*] *displicebat, homo* [*minimè*] *ambitiosus & arrogans*, [*miniméque*] *in rogando molestus*: Iste quidem longe alius ab illo.

L. Cur est quod Lemnius vili mancipio Riccoboni venetur amicitias.

I. *Ut quisque* [*minimum*] *firmitatis habeat*, [*minimumque*] *virium, ita amicitias appetere* [*maxime*] *hoc in genere libertatis*

Ut *Magis*, ita [*Minus*] *iteratur interdum*, Terent. Heaut.

[*Minime*] *plus est quã minus, sed non penitus negat, si vim ejus proprium spectes*, Cic. in Brut.

[*Minimum*] cum *maxime comparatum*, Cic. de Amicitia.

bertatis est vel [*minimum*,] commoditatis *autem vel* [*plurimum*,] is enim cui obsequitur, illum [*mirifice*] *amplexatus est*, & meritò, quippe qui insignis est Philosophus : *jam cum ipse erat adolescentulus his studiis* [*mirifice*] *deditus*, illumque tunc temporis [*mirifice*] *ab eo diligi intellexi*. Nec *hoc* [1 *mirum*] *quiddam* habet, nec [2 *permirum*] *mihi videtur* illum illius amicitias sibi conciliasse, cum tantæ virtutis sit iste. *Nec* [3 *mirum si*] *hoc* quibusdam *videatur* mirabile quiddam, cùm tanta insipientia passim ad inveniatur. [4 *Mirum ni*] illius laudes qui hujusmodi hominum sibi adsciverit, cantem. *Mirum quam* inimici doctrinarum sunt qui illius præmiis inficias irent. [6 *Mirum quantum*] *illi vero* ascribendum esset. [8 *Mirum*] *mihi videtur* [*unde*] tam depravatè sentiat quisquam.

[*Minimum*] *comparatur interdum cum plurimum*. Cic. in Orat.
[*Mirifice*] Cic. Acad. 2

[*Mirifice*] Cic. 1 de Orat.
[*Mirifice*] Cic. l. 1 de Nat. Deor.
[1 *Mirum*] etsi adverbium esse videtur, tamen ad nomen magis accedit, Cic. l. 2 de Orat.
[2 *Permirum*] Cic. ibidem.
Mirum interdum assumit, *Si*, *vel Ni*.
[3 *Mirum si*] Cic. de Arusp.
[4 *Mirum ni*] Cic. 2 de Orat.
Mirum interdum jungitur cum Quam aut Quantum.
[5 *Mirum quam*] Cic. lib. 13 ep. [6 *Mirum quantum*] Liv. lib. 1. [7 *Mirum*] *cum* [*unde*] *sic*, *&c.* Cic. de Orat.

Dialogus 58.

Manardus, Ninius.

M. IN *quâ urbe* [*modò*] *gratiâ, authoritate, & gloria floruimus*; *in eâ nunc iis quidem omnibus caremus*: & hinc eſt quod nos extraneis ludibrio ſumus, ad eo tu jam [*modo*] hoc, [*modo*] illo omnia ab iis nobis imponantur, hæc mihi quidem valde diſplicent. At quid? Nobis reliquum eſt, *ut* [*modo*] *faciamus* quæ ad nos rectè judicantes ſpectet, nec dubito quin ſi in hæc ſeriò attenderimus, majoribus virtute præluxerimus, [*ſi modo*] in his conatibus conſtanter *permanſerimus*, [*modo*] integerrimè laboravimus: hæc fatebitur quiſque [*modo ne*] judicii limites nimis tranſcendat: [*modo ut*] *unquam mediocriter iſta ſciviſſe curaverit*, hæc illi in propatulo apparerent.

N. Ab hinc menſem alius tibi animi ſenſus fuit, [*modo ut*] dicta in me acriter ingerebas.

M. Alius jam atque alius ſum.

N. Vbi eſt Bernardinus?

M. Non longè abeſt, *juſſit mihi nunciari* [1 *mox*] *ſe venturum*; expecto [2 *quam mox*] *veniat*.

[*Modo*] *ad tempus relatum*, non eſt idem quod Nunc, *ſed aliquanto ante*.

[*Modo*] *iteratum ſignificat idem quod Nunc, vel alias iteratum*, Cic. 2. de Nat. Deorum.

[*Modo*,] *interdum pro tantummodo, vel dummodo uſurpatur*, Terent. Adelph. Act 5, 1.

[*Si modo*,] *interdum* i. *ſi ſi tamen*, Cic. Att. l. 12.

[*Modo*] *alias eſt dummodo*, Cic 6 Ver.

[*Modo ut*] ut ſupra, Cic. 1. Offic.

[*Modo ut*,] ut ſupra, Cic. pro Flac.

[*Modo ut*] ut ſupra, Cic. 6. Ver.

[1 *Mox*] *eſt paulo poſt*. Sic enim differunt, Modo, Nunc, & Mox; quod Nunc de tempore præſenti dicitur: Modo, quod paulo ante anteceſſit: Mox de eo quod paulo poſt ſequitur, Cic. 1. de Divin. [2 *Quam mox*] pro quanto poſt, Terent. Phorm.

N.

N. Super verbis tuis novissime quidem prolatis, sæpè meditatus sum, & seriò. [*Nam,*] *quod me tecum iracundè agere dixisti*, non est ita; vehementer me egisse fateor, iracunde nego. [*Namque*] illud absurdum omninò foret. [1 *Nam*] *quid ego* te reprehenderem? hæc à me fieri non poterant. *Numquid* [2 *nam*] *restat* quod ulterius urgeas? [3 *Næ*] *ego incautus, qui cum te congredi conatus sum*, quomodo loquendum mihi esset non rectè apprehenderim, immo & [4 *vereor ne*] *subarroganter* fecerim.

M. Hac in re modum non transilias, *hoc* tamen [5 *time ne*] aliis temporibus prudentiam *deseras*. *Metuent* scilicet quamplurimi [6 *ne*] parum morigerati deprehendantur, nec injuriâ.

[*Nam*] *in principio dicendi* usurpatur, Cic. Phil 8.

[*Namque*] itidem in principio dicendi usurpatur, Cic. 1 de Orat.

[1 *Nam*] *in enumeratione postremum locum obtinet*, ut subjiciat quod requirere posse auditor, Cic. ad Q. F.

[2 *Nam*] *interdum subjicitur interrogationi*, Cic. Partit.

[3 *Næ*] *graviter affirmantis est*, usurpatur, *pro verò*. *sed ferè pronomini præponitur*, Cic 1. de Natura Deorum.

[4 *Vereor ne*] *est*, *nolim*, *sed metuo*, Cic. 2. Acad.

[5 *Timeo ne*] Cic Acad.

[6 *Metuo ne*] Cic. pro Milon.

Dialogus 59.

Ortelius. Peredus.

O. DE tuarum causarum processu valdè anxius sum.

P. Ne dubites, quia omnia prudenter digesserim.

O. [*Non vereor ne*] *quid temerè*, [*ne*] *quid inconsultò facias*: tu enim verè prudentis nomine insignitus es, *non* [*metui ne*]

[*Non vereor ne*] *hoc est Nolim, sed non timeo*, Cic. lib. 2 epist.

[*Non metuo ne*,] ut supra, Cic. 2. Acad.

ne] *confundere omnia videaris*: at quo statu jam sese res habet?

P. In aliud tempus transferatur narratio.

O. [*Vereor*] tamen [*ne non*] tibi aliquid machinetur Bembus: caveas tibi ab homine.

P. Sis mihi in adjutorem.

O. [*Timeo ne non*] ab illo quicquam *impetrem*: sin autem quicquid Officii præstare potero, ecce me paratum: [1 *Non*] enim [*vereor ne non*] fungendo rectè officio te expleam. [*Non vereor ne*] *hoc officium meum* amicis tuis [2 *non*] *probes*. *Iustitiæ primum munus est* [3 *ut ne*] *cui quis noceat*, charitate autem totis suis viribus adminiculetur. *Hoc te primum rogo* [4 *ne*] *contrahas ac demittas animum*; [5 *neve*] *te obrui tanquam fluctu sinas*.

P. Mihi prudenter & rectissimè quidem consulis.

[*Vereor ne non*,] *est idem quod vereor ut, id est, volo, sed timeo*, Cic. Att. l. 7.

[*Timeo ne non*] ut supra Cic. Att. l. 9. Lege vereor ut.

[1 *Non vereor ne non*] est *volo*, *sed non timeo* Cic. lib. 1. ep. 1. Idem [*non vereor ne non*.]

[2 *Non vereor ne non*] Cic 6. Ve[r].

[3 *Ut ne*] *interdum ponitur ut*, Cic. 1. Offic.

[4 *Neve*] conflatum est *ne*, & *vel*; ex neve conflatum est neu, fugâ postremæ literæ.

[5 *Ne, Neve*] Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1.

Dialogus

Dialogus 60.

Remelinus. Sanderus.

R. Quid nudius tertius in Senatu decretum fuit.

S. Multa sane; & inter alia, omnibus edicto est prohibitum [*neu*] *quis postea ad Senatum* super exulum restauratione quicquam *referat*, [*neu*] *cum populo* in hac re *agat*, ne fiat tumultus in plebe. In quo quidem decretum est quod [*neve*] *in* his reis, [*neve*] in aliis qui postmodum insurgant, *requiratur* unquam redemptio. [*Ne multa,*] super hæc is est sensus.

S. Quid autem garrit populus.

R. [*Ne multis*] valde mussitant & obmurmurant utique.

S. Caveas tu tibi ne huic edicto ullatenus repugnes.

R. [*Ne*] *me moneas : memini ego officium meum*, immo & [*noli*] *putare me quicquam maluisse quam* hoc fuisset promulgatum æque & observatum.

S [*Cave*] etiam & tu ne *existimes me* huic adversarium, cum hanc quidem obedientiam præpositis vere debitam unicè semper coluerim.

S. [*Ne vivam*] *si scio* ullum decretum magis temporum moribus consentaneũ.

R.

[*Neu, neu*] Salust. Catil.

[*Neve, neve*] Cic. l. 1. ep. 9.

[*Ne multa*] *Ne multis sunt brevitatis nota in narrationibus*, Cic.

[*Ne multis*,] ut supra, Cic. pro Cluent.

Admonitio.

Cic. *Libentius usu pat Noli & Cave.*

[*Noli*,] Cic. Att. lib.

[*Cave*] Cic. lib. 4. ep.

[*Ne dicam*] *est correctio ante quam dicatur*, Cic. lib. 1. de Nat. Deorum

R. Quidam tamen *in tam leves*, [*ne dicam*] *ineptas sententias inciderunt*, ut hæc à Senatu ad vulgus transferri debere arbitrati sunt, hæc aliis *temporibus* proloqui *non* ausi sunt, [*ne dum*] *his temporibus* se vindicare poterunt, [*ne*] si iis concederetur [*quidem*] in reipublicæ commoda prudenter agerent, in Senatus decreta quæque, & omni ævo ineptas quasdam rationes depromere conati sunt quidam. *Me quidem nihil istarum*, [*ne*] *juvenem* [*quidem*,] *movit unquam* [*ne dum*] *senem*. Et si Senatus defendendi, occasio sese sæpius obtulisset, *putares* [*ne*] *unquam fieri posse ut mihi verba deessent*, & rationes validæ in veritatem vindicandam?

[*Ne dum*] *pleruneque subjicitur & servit parti deteriori*, Cic. pro Cluen.

[*Ne quidem*,] *usurpatur pro nec quidem, cum negando aliquid augemus*, Cic. Att.

[*Ne quidem*] *cum* [*ne dum*] Cic. lib. 9. ep. 26.

[*Ne*] conjunctio enclitica *tum interrogationi servit*, *tum dubitationi*, Cic:

Dialogus 61.

Turnebus. Viterbus.

[*Ne*] *enclitica sæpè subjicitur* [*an*] Cic lib, 16. ep 39.

T. MAneám [*ne*] hic [*an*] Parisios proficiscar animi dubius sum.

V. Donec certò decreveris, hîc resideas.

T. Tuis annuo consiliis.

[*Ne*] *enclitica, aliàs additur* [*necne*] Cic pro R. sc. com.

[*Ne*] *enclitica ut supra cum necne*] Cic. lib 2. pro Rosc. am.

V. Batavi [*ne*] transierint maria ad Marsiliam [*necne*] scire velim.

T. *Transierint* [*ne*] [*necne*] *præter te video dubitare neminem*.

V.

V. Duo clarissimi viri in hanc expeditionem honorificè conducti sunt, Bembus & Eugenius. *Sunt* [*ne*] *iidem quos* tantis laudibus alias extulisti [*an non?*]

[Ne, *annon*] ut supra Terent. Hecyt.

Maximè, [*nec*] *ita multo post* uterque occubuit.

[Ne] *sæpe usurpatur pro Non*, Cic. pro Quinct.

V. Vtriusque illorum mortem non immeritò deploro, & Bembi potissimū: [*nec*] *enim melior vir fuit* apud nos *quispiam*, [*nec*] *clarior:* non sanè *præ lachrymis possum* [*nec*] *loqui* [*nec*] *cogitare*. Vtinam hoc iter nunquam in se suscepisset.

[Nec Nec,] & [Neque Neque] *sæpè iterantur etiamsi antecedat negatio*, Cic. de Amic.

[Nec Nec,] ut supra, Cic. Att. lib. 9.

T. Quid vis faciat? [*neque*] enim *opibus satis firmus*, [*nec*] Mæcenatibus suffultus, hinc se amicos sibi conciliaturum sperabat: sed quosnam insequutus est? id genus fuere homines, qui [*neque*] *opibus satis firmi*, & quod magis est, [*nec*] *voluntate* in remunerationem propensi.

[Neque] interdum jungitur cum *Nec*. [Nec] Cic. lib. 15. ep. 1

[Neque] cum [Nec] idem Cic. ibidem ut supra.

V. *Furnium nostrum tanti a te fieri* [*nec*] *miror* [*&*] *gaudeo:* insignis enim is est & optimi judicii [*nec*] *id* ad meum: [*sed*] ad omnium judicium quadrat.

[Nec] & [*neque*] alias cum [*Et*] jungitur, Cic. lib. 10. ep. 1.

[Nec] & [*neque*] *alias assumit* [*Sed*] Cic. lib. 9. ep. 24.

T. A quibus literas novissimè accepisti?

V. *Cassius literas misit*, [*nec dùm*] *Bibuli allata* sunt, quamvis illius literas in dies expectârim.

[*Nec dum*] *&* Nequedum est quod insulsè dicitur & nondum, Cic. Att. lib. 6.

T. Neapoli jam agit.

V. [*Neque dum*] *Romam est profectus*, ipse animi admodum inconstans est.

[*Neque dum*] ut supra, Cic. Att. lib. 14.

[*Neque enim*] & *nec enim* usurpantur eleganter pro *Non enim*, Cic. de Amicitia.

[*Nec vero*] *neque vero* interdum gravius negant, Cic. 1. Phil.

[*Neque vero*] ut supra Cic. 1. de Orat.

est. [*Neque enim*] aliter sentiendum venit illum levitatis argui. At quid? graviter mihi succensuit. [*Nec verò*] me *similiter atque ipse commotum* vidit. Constantia quæ in prædeterminatis præstantissimum quiddam est, multis redarguit. [*Neque vero*] hic sistit, sed bile præ omni modo excanduit, & mihi tamen amicissimus est.

[*Nequaquam*] & *neutiquam vehementer negant*, Cic. 1. de Finib.

[1 *Neutiquam*] ut supra, Cic. de Ver.

[2 Terent. Andr.

T. [*Nequaquam*] *ista amicitia est*, at ne perturberis, [1 *neutiquam*] *dissolvaris*, amici [2 *neutiquam*] *esse officium*, crediderim unquam hisce levibus alicui succensere, nec hinc amicitia vestrum antiqua perat.

[*Nemo*,] *interdum cum* [*quin*,] aut *Qui non* jungitur, Cic. l. 6. ep. 4.

V. Quomodocunque tu tua proloqueris parum refert. [*Nemo*] enim amicus *est* ulli [*quin*] *cogitat quam sit* importunum & ineptum quidem, nullâ ratione, causâ inquam nullâ objurgari.

[*Nemo qui non*] ut supra, Cic. 1. Tusc.

[*Nemo*] cum [*Nisi*] Cic. de Amic.

[*Nemo*] *nonnunquam cum* [*præter*,] Cic. lib. 1. ep. 3.

T. At ego [*neminem*] novi [*qui*] amicorum naturam variam [*non*] observet. [*Nemini*] ipse noceret, [*nisi*] ei qui se offendit. [*Neminem*] novi [*præter*] te qui in hujusmodi amici errorem tam animadvertat.

Dialogus 62.

Roscius. Sylvius.

R. CVr ferè omnes Ieronimum tot laudibus efferunt?

S. Quid ni non?

R. [*Nempe*] ita dicis?

S. Immo quidem certè.

R. At enim, circumstantiis rectè perpensis, quod ita dicas nil miri in se continet. [*Nempe*] *hic tuus* amicissimus *est?*

S. Mihi non est familiaris, nec ullis illi amicitiæ legibus obstrictus sum. Virtutem colo, & illius progeniem revereor.

R. E qua Prosapiâ originem duxit?

S. Illius mediocris fortunæ homo fuit. *At hujus avus, Tuditanus ille nobilis, nempe*, qui & familiâ antiquâ & virtute spectatissimus suo ævo habebatur.

R. Alii tamen aliter sentiunt.

S. *In qua tandem urbe, hæc homines stultissimi disputant*, & se malitiæ dedunt? [*Nempe*] *in ea* ubi omnis virtus esse desiit.

[*Nempe,*] *in principio est certe, aut scilicet,* Cic. 5. Ver.

[*Nempe*] *interdum interrogat, atque usurpatur pro Nonne,* Plaut. Ruden.

[*Nempe*] *utcumquam in responsione est approbantis,* Cic. 3 Phil.

[*Nempe*] *sæpe interrogationi subjicitur, & vim habet amplificandi,* Cic. pro Mil.

Admonitio. Nempe, pro id est, raro admodum usurpatur in explicatione, aut enumeratione multarum rerum; sed ejus loco nimirum, aut videlicet usurpatur.

[*Nimirum*,] *pro id est*, Cic. pro Rosc. Am. lege nimirum, & videlicet.

R. Verum proloqueris; [*nimirum*] omni pietate vacui sunt.

[1 *Nihil*] interdum usurpatur *pro non*, Cic. 1 Phil.

S. [1 *Nihil*] *dico quis fuerit ille Brutus* illius consocius.

[2 *Nihil*] *sæpissimè assumit* [*Nisi*] Cic. Att. lib. 9. ep. 15.

R. [2 *Nihil*] *video quod timeas*, [*nisi*] quid alii ineptè effutiant cures.

S. Vbi jam fuisti mensem?

R. Romæ.

[3 *Nihil*] *interdum assumit* [*Præter*] Cic. l. 4 ep. 4.

S. Cum fueris Romæ, [*nihil*] *te* [*præter*] *tua delectare possunt*. Literas enim à te toto istius temporis curriculo nullas accepi: trahit sua quemque voluptas.

[*Nihil*] *interdum assumit* [*Præterquam*] Liv. lib. 2.

Valerius etiam [*nihil præterquam*] de Romæ delitiis loquitur, & omnibus neglectis in hæc totus immersus est.

R. Quid in Comitiis novissimè habitis egit Rimelinus?

[4 *Nil aliud nisi*] *usitatissimum est*, Cic. pro Rosc. Am.

S. [4 *Nil aliud*] *fecit* [*nisi*] *rem detulit*.

[5 *Nihil aliud nisi*] Cic. ad Q. F. l. 2. ep. 9.

R. *Iam* [5 *nihil*] *dicam* [*aliud nisi*] *verebor ne quando tibi ego molestus sim*.

[6 *Nihil aliud quam*] minus usitatum est apud Ciceronem apud Cæsarem & alios frequentius, Cic. pro Rab.

S. Nullatenus hæc dicenda sunt. Deinde pluribus te velim. Nil aliud factum est?

R. *Agitur in hac causa* [6 *nihil aliud quam*] quæ protulerim.

[7 *Nihil*,] *quamvis assumat* [*Ne quidem*,] *vim tamen negandi retinet*, Cic. Att. l. 9. ep. 1

S. *Mirabar* [7 *nihil*] *super hac re allatum esse*, [*ne*] *rumoris* [*quidem*.]

[8 *Nihil quin*] Cic. ad Q. Fr. lib. 3. ep. 3.

[9 *Nihil quod non*,] Cic. Att. l. 2. ep. 17.

[10 *Nihil quo minus*] Cic. Brut. ep. 17.

R. [8 *Nihil*] tibi dixi [*quin*] ab authoribus fide dignis acceperim ex quamplurimis allatis. [9 *Nihil*] *est* [*quod*] suis adversariis [*non*] *timendum sit*. [10 *Nihil*] ad nos *affertur* [*quo minus*] *summa*

ma supplicia iis timenda sint. Considerare debes [nihil] esse [quamobrem non] castigentur. [Nihil quamobrem non] Cic.lib.6.ep.13.

S. In tua autem causa quid jam agitur?

R. [*Nihil*] *est* [*cur*] *me advenientibus offerre gestiam. Mihi quidem* [*nihil*] *in mentem venit* [*quare*] secus *putem.* [*Nihil*] *est* [*quamobrem*] aliter sentirem. [Nihil cur] Cic.lib.6. ep 21. [Nihil quare] Cic. lib. 11.ep.24. [Nihil quamobrem Cic. 5.de Fin.

S. [*Nihil minus*] *velim* quam quod aliter distingueres. [Nihil minus] Cic. Att.l.2.ep.4.

S. Quomodo tibi placet quem emisti Ager?

S. Admodum; [1 *Nihil*] enim [*altius,*] [*nihil amœnius ,*] [2 *nihil*] mihi [*potius*] fuit, quam ut amicus meus mihi vænum daret. En ingenuum! [3 *Nihil*] mihi [*antiquius*] est, ait ipse, amicitia tuâ, à me quovis precio emas. [1 Nihil] eleganter cum locis & personis comparatur, Cic. Att. lib.4. Cic. lib. 6. de Republ. [2 Nihil potius.] [3 Nihil antiquius,] eandem vim habet a Cic. Att lib. 2.

R. [*Nihilo beatior*] *tu* quam ipse, sibi enim summè complacuit quod tibi aliquando aliquod officii genus præstare potuisset. [Nihilo] *semper cum comparativo copulatur,* Cic.1.de Fin.

Dialogus

Dialogus 63.

Targetus, Verulandus.

[Nihilo magis] Cic.l. 2. de Div.

T. ITa subtiliter & callidè argumentaris, ut si quispiam utramvis partem sumeret, [*nihilo magis*] *efficeres quid velis*.

V. Hæc à me ratiocinationis ergò prolata fuêre, postmodum autem sententiam meam clarè apperui, dixique, *Legati proficiscantur, bellum* [*nihilo minus*] *paretur*. Cum Mahumetanis res agitur, *hæc enim est* eorum *vita*, [*nimirum*] *in qua nulla fides*. *Ne autem* [1 *nimium*] *multi pœnam subirent*, idcirco ita loquutus sum.

[Nihilo minus] Cic. Phil.

[Nimirum] adverbiũ, *pro certè, videlicet, scilicet*, Cic. de Amic.

[1 Nimium] *adverbiũ, idem declarat quod nimis*, Cic. Pro Cluent.

T. Judicium in rebus consultandis & agendis [2 *nimium quantum*] nescio *quid immensum* confert.

[2 Nimium quantum] est *Mirum quantum*, Cic. l. 4. de Fin.

T. Equidem [3 *nimio plus*] *te diligo*, & tuam prudentiam approbo. At quamplurimi [4 *nisi*] *me memoria fallit*, aliam sententiam amplexati sunt, fallacem quidem & illam. *Negant quempiam virum bonum esse* [5 *nisi*] is facile hominum fallaciis apertus sit.

[3 Nimio plus] *significantius est quam Nimiũ* Cic. Att. l. 10.

[4 Nisi] conjunctio, *propriè est si non*, Cic. Att. l. 1.

[5 Nisi] *interdum pro Præter usurpatur*, vel *Præterquam*, vel *Veruntamen*, Cic. de Amic.

V. Dicant quicquid velint. *Quem unquam* tandem in omnibus consiliis

[6 ni-

[6 *nisi*] me *commendarunt : hoc primum sentio* [7 *nisi*] *in bonis* Prudentiam *esse non posse :* at bonitati non refragatur quidem cautum esse.

T. Quid tibi videtur de palatio augusto Rabirii ?

V. *Hoc me delectat* mirificè [*nisi quòd*] aëre insalubri collocatum est.

T. In magnificis structuris nihil potius curandum esset [*nisi ne*] in aëre persalubri sita sint.

V. In hoc meo palatio nihil magis curo [*nisi*] *ut ei* [*ne*] *desit* amænitas & aer perquàm saluber.

T. Miror illum hanc vendidisse domum [*nisi quis*] illi in salutem illius ita persuaserit unquam; [*nisi si quid*] *esset* aliud, scilicet egestas. Mihi valde placet hæc de palatio tuo audire. [*Nisi*] hæc à te intellexissem [*non*] *conquievissem* utique.

V. Et ego [*non nisi*] obtinuissem, me ullam fœlicitatem unquam potuisse assequi certò credidissem. [*Nisi forte*] me ineptum existimes, me rectè fecisse judices. [*Nisi vero*] me *dementem* esse habeas, prudenter me fecisse crediderim.

[6 *Nisi*] pro *Prœterquam interdum*, Cic. pro Sext.

[7 *Nisi*] pro *Prœterquam interdum*, Cic. de Amic.

[*Nisi quod*] Cic. Att. lib. 1.

[*Nisi ne*] Cic. pro Cælio.

[*Nisi ne*] Cic. l. 13. ep. 10.

[*Nisi quis*] *pro nisi aliquis, vel nisi si quis eleganter dicitur*, Cic. Att lib. 1.

[*Nisi si quid*, Cic. Att. lib. 1.

[*Nisi non*] Cic. l. 1. ep 1.

[*Non nisi*] Plaut. Amph.

[*Nisi forte*] Cic. de Fato.

[*Nisi vero*] Cic. pro Mil.

Dialo-

Dialogus 64.

Alanus. Bertaldus.

A. QVid dicitur de Duce nostrô præclarissimo?

B. Fertur inauspicatò hoc munus subivisse, *Quod* [*non*] *valuit rebus iisdem quibus fortè nonnulli*; [*At*] *valuit assiduitate*; [*at*] *valuit servandis amicis*; [*at*] *valuit liberalitate*; & ulterius prosequar, [*non*] *illi exercitum*, quoad copiarum numerum, [*sed*] *Duces illi* subservientes *defuisse*.

[*Non*] *assumit sæpe* [*At*] Cic. pro Planc.

[*Non*] *sæpe assumit* [*sed*] Cic. lib. 1. ep 9.

A. Quot autem viri eximii adfuerunt?

B. Duo, qui [*non*] Imperatori quidem pares, [*verum*] eximia in rebus agendis dexteritate conspicui, cæteri plerumque omnes parùm in arte militari versati.

[*Non verum*] Cic. 6. Ver.

A. Quo citius fieri poterit deliberandum nobis esset, [*non*] quidem *integrâ re*, [*sed certè*] *minus fractâ*. Quamvis nosmet statim [*non*] poterimus è miseriis eripere *sed* [*tamen*] impediemus quo minus malum nimium serpat: hinc saltem de oscitantia [*non*] arguet nos quispiam, [*etiam*] *plerumque* in sollicitos & *prudentes* annumerandi sumus.

[*Non*] *cum* [*sed certe*] Cic. Att. lib. 9. ep 9.

[*Non*] *interdum additur tamen*] Cic. 1. Offic

[*Non*] *alias assumit* [*etiam*] Cic. in Orat.

A.

A. Quomodo in te ſeſe geſſit Robertus mihi narres obnixè rogo.

B. *Magna ejus in me* [*non dico*] *officia,* [*ſed*] *merita prædicanda ſunt, adeo ut ea* [*non dicam*] *comprobes* [*ſed*] *ſtudioſè libenterque comprobes*, & admireris quidem. Dico hæc [*non quin*] *conſiderem* alios adinveniri poſſe qui amicè facerent; ſed rei magnitudo, difficultates magnæ, illius merita in me collata, multis quidem laudibus efferri mereantur. [*Non quia*] humaniter mecum agerēt alii, [*ſed quia*] humanitatis vulgi modum longè exceſſerit. Dubiúmne ullum ſuper his tibi unquam ortum fuerit, de illius ſcilicet in me collatis beneficiis ?

[*Non dico ſed,*] Cic. l. 11. ep. 17.
[*Non dicam ſed*] Cic. Att. li. 16. epiſt. ultim.
[*Non quin*] *pro non quod non*, Cic. lib. 16 epiſt 14.
[*Non quin, ſed quia,*] Cic. Att. lib. 7. ep. ult.

A. Quamvis alii aliter ſentiant, equidem hæc dixi [*non quin*] ab iis longè diſſentiam, [*ſed quod*] teipſum audire cuperem : [*non quod*] à quibuſdam fide dignis non intellexerim, [*ſed quod*] à te hæc exactiùs cuperem : [*Non quod*] hæc in te fieri magnopere non exoptaverim, [*ſed quia*] mihi hujuſmodi relatio valde arrideret : Et [*non quo*] aliorum narrationibus fidem non adhibuerim, [*ſed*] quia, te audito, majori authoritate hominis naturam liberalem efferre poſſim : [*Non quo*] te faſtidirem nimis ; [*ſed tamen*] non potui non hæc à te petere. B. At ego hæc tibi retuli, [*non quo*] te hæc omnino neſcire crediderim, [*ſed quod*] rudi quodam modo hæc perceperis,

[*Non quin, ſed quod*] Cic. lib. 4. ep. 7.
[*Non quod, ſed quod*] Cic. in Orat.
[*Non quod, ſed quia*] Cic. 2. de Orat.
[*Non quo,*] *ſæpe uſurpatur pro non quod inſequente* [*ſed*] *vel* [*ſed tamen*] Cic. Att lib. 16 epiſt. 14.
[*Non quo, ſed tamen*] Cic. in Brut.
[*Non quo, ſed quod*] Cic lib. 6. ep. 4.

ris, brevibus verbis quid in mei gratiam fecerit aperui, speremque mihi nullatenus diffidis.

[Non quo, sed quia] Cic. l. 12. ep. 17.

A. [*Non quo*] *de tua* comitate *dubitem*, [*sed quia*] amicorum *mos est ita rogandi, rogavi.*

B. Officia illius in me liberalissimè collata, cras tibi magis distinctè aperiam.

Dialogus 65.

Calia. Delphinus.

[Non quo, sed ut] Cic. Att. l. 4. ep. 4.

[Non quo, verum quia] Cic. pro Cæcin.

[Non si propterea] Cic. Topic.

[Non nisi idcirco] Cic. 2. de Orat.

[Non modo] & neque modo, adsciscit [sed vix,] sed etiam, verum etiam, Cic. lib. 4. ep. 1.

C. SCripsi ad te sæpius, [*Non quo*] *haberem magnopere quod scriberem* [*sed ut*] *loquerer tecum absens.* Amicis hoc solenne est, ut cum minus iis datur coram loqui, literis saltem sese mutuos salutent: hæc dico [*non quo*] nimia importunitas non sit redarguenda, [*verum quia*] me sub universalis naturæ defectu his præmissis excusatum iri sperem. [*Non*] enim [*si*] amicis hæc insint [*propterea*] illos non hallucinari profiteor, quisque tamen amicis hosce condonat errores, [*non si*] centies tentarem [*idcirco*] plenè me aliosve de imprudentia vendicarem, accipias tamen pace tua nihil posse mihi in mentem venire [*non modo*] *quod sperem* [*sed vix*] *quod audeam optare*, ac à te literas aliquando accipere

pere, & mentis tuæ effigiem in iis liquidò deprehendere. Tenes [*non modo*] *autoritatem* apud me [*sed etiam*] *imperium*.

[*Non modo*] [*sed etiã*] Cic. de Sen.

D. [*Neque*] amicitiam [*modo, verum etiam*] nimium in me cultum confers. Audivistine forsan quid in Comitiis novissimis actum fuerit, quibus *omnibus negotiis* [*non*] *interfui* [*solum, sed*] *præfui?*

[*Neque modo*] [*verum etiam*] Cic. pro Milon

[*Non solum,*] *jungitur cum* [*sed,*] *sed etiam, sed quoque, verum etiam* Cic. l. 1. ep. 6.

C. Cur autem amice à te nullas accepi literas?

D. Transeant querelæ. Cujus negotia nobis trutinanda fuerunt, is quidem elatissimi animi homo est, quinimmò & ipse locuples est, & fieri potest illum hinc eo magis inflatum esse. [*Non solum*] *fortuna cæca est*, [*sed*] *eos* [*etiam*] *plerumque efficit cæcos quos complexa est*: hæc [*non solum*] *re & sententia* profiteor, [*sed*] *verbis quoque* & apertissimis proloquutus sum. [*Non solum*] ignarus est, [*verum etiam*] prudentes flocci pendet, hinc [1 *non modo non*] omnibus placuit [*sed etiam*] causam omnino destruxit. Quidam tamen parum prudentes [2 *non modo non*] *prohibebant* illius dictam insolentiam, [*verum etiam*] *approbabant*; successum autem accipias; suffragiis in

[*Non solum,*] [*sed etiam*] Cic. de Amic.

[1 *Non solum*] [*sed quoque*] Cic. pro Cæcin.

[*Non solum,*] [*verum etiam*] Cic. lib. 1. de Nat. Deor.

[*Non modo non,*] *familiam cum* [*sed etiam,*] *vel verum etiam, idem est quod, tantum abest ut*. Cic. l. 3 ep. 15.

[*Non modo non,*] [*verum etiam,*] Cic. Att. lib. 16. ep. 6.

Admonitio.

Videndum ne temerè altera negatio cum requiritur omittatur; neque enim rectè diceretur, Tu id non modo prohibebas, verum etiam approbabas. Idem admonendum est de, Non modo non, sed etiam, iterandum enim est Non.

carcerem conjectus tandem est adeo, ut [*non modo*] *dignitatis* [*sed ne*] *libertatis* [*quidem*] *partem* sibi *reliquerit*. Decretum est in perpetuum. [*Non modo*] *ut* [*non*] *praeesset alicui negotio* [*sed*]*etiam ut* [*ne*]*interesset* [*quidem*. [*Non modo*] probabiles rationes, sed demonstrationes in illum adductæ sunt, cur merito plecteretur.

[*Non modo*] *pro non dico, interdum assumit*, [*sed ne quidem*] Cic. lib. 1. ep 9. [*Non modo non*,] [*sed ne quidem*] *usurpari solet pro etiam abest*, Cic. lib. 13. epist. 29. [*Non modo*] *interdum* (ut Paulus Manutius observavit, lib. 1. ep. familiar, ep. 9) *usurpatur pro non modo non*, Cic. lib. 10 ep 6.

Dialogus 66.

Ernestus. Fonseca.

E. TE injustè pro Bembi causâ tentâsse passim fertur.

F. *Nullum meum minimum dictum* [*non modo*] *factum pro illo intercessit*.

E. Magis certè quàm vellem, [1 *non modo*] *quàm putâram*, imposita tibi sunt. At quid hominis est iste? [2 *non*] iis [*solum*] *qui aderant displicebat*, sed etiam & mihi.

F. Venit ne Philotimus?

E. *Non modo* [3 *nullus*] *venit*, *sed*

[*Non modo*] *interdum subjicitur pro nedum, aut ne dicam*, Cic l 1. ep. 9. [1 *Non modo*,] *postpositum interdum pro ne dicam*, Cic lib. 2. ep. 19. [2 *Non solum*,] *interdum subjicitur, item ut non modo, pro ne dicam*, Cic. lib. 2. ep. 11. [3 *Nullus*] dictus quasi, *non ullus*, *latius patet quam Nemo*; quippe Nemo de hominibus tantum dicitur: Nullus, Nulla, Nullum, de rebus omnibus. [*Nullus*,] *interdum pro non usurpatur*, Cic. Att. lib. 12.

ne

ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem me fecit.

E. At quibus legibus condemnatus est Bembus?

F. Apuleis.

E. Nihil dicis.

F. *Igitur Apuleias leges* [*nullas*] *putas?* Resipiscas te.

E. [*Nullos*] discursus moveas [*nisi*] politicos.

F. [*Nullos*] discursus [*extra*] politicos. [*Nullos*] unquam [*præter*] eos affecto.

E. Iamdiu ferè [*nullum*] *intermisi diem* [*quin*] super hac re meditatus fuerim. [*Nulli*] sunt labores [*quos non*] libenter sustineo. [*Nullum*] quidem decretum *civile* ab hinc diu promulgatum fuit [*in quo*] postmodum non fuerim apprimè versatus. [*Nunc etiam*] in rerum novarum inquisitionem mihi alibi non conceditur: à te [*nunc*] exquiro [*dum*] per otium licet, ut brevibus quæ occurrerunt referas.

F. [*Nunc quando*] *mihi à te amico tantum oneris imponitur*, plenè tibi quoad potero satisfaciam.

E. Tu me sæpè de novis petiisti, alias, & eorum narrationem in amici officium retulisti. *Tu illum animum* [*nunc*] & in posterum *adhibe quæso quo me* [*tum*] *oportere esse censebas.*

[*Nullus,*] *alias est nullius momenti*, Cic. de legibus.

[*Nullus*] *jungitur sæpe cum* [*Nisi*] *extra. præter, præter quam*, Cic. li. 5 ep. 5.

[*Nullus*] *cum* [*extra*] Cic. in Orat.

[*Nullus*] *cum* [*præter*] Cic. l. 5. e. 13 ad Att.

[*Nullum*] *cum* [*quin*] Cic. Att. lib 6.

[*Nullus*] *cum* [*qui non*] Cic. l. 2. ep. 16.

[*Nullus*] *cum* [*in quo*] Cic de provid. consul.

[*Nunc*] *sæpe adsciscit* [*cum,*] *dum, aut, quando, tum*, Teren. Heaut.

[*Nunc*] *cum* [*dum*] Terent. Adelph.

[*Nunc*] *cum* [*quando*] Cic. lib. 13. ep. 56.

[*Nunc*] *cum* [*tum*] Cic. lib. 6. ep. 1.

[*Nunc*] *cum* [*olim*] Terent. Heaut.
[*Nunc*] *interdum usurpatur pro modò*, Cic. in Brut.

F. [*Nunc*] mea conditio eadem est quæ [*olim*] *fuit*. [*Nunc*] tibi morem geram.

E. Exaudio.

Dialogus 67.

Gersonus. Hendunus.

G. PRoduxistine in optatum finem negotia tua?

[*Nunc jam*] Cic. l. 12. ep. 12.

H. Oportunè loqueris, auspicato quidem [*nunc jam*] ab iis *sum expeditus*.

G. Quis autem amici tui causæ fuit exitus?

H. Optimus etiam & illi successus. Si ad durissimas quasvis naturas hæc fuissent delata, aliter audivisses utique, ad Senatum hæc relata fuere.

[*Num*] *inter negationis particulas servit*; *&* *tum initio ponitur*, *tum subjicitur*.
[1 *Num*] *interdum adsciscit* [*Ne*] *vehementiùs interrogandi gratiâ* Cic. 1. de Nat. Deor.
[2 *Num*] *sæpe jungitur cum pronomine* [*Qui*, *Quæ*, *Quod*] Cic. pro Deiot.
[3 *Numquis*] Cic. Att. lib. 13.

H. [*Num*] Ennius ex iis Princeps pro te fuit?

G. [1 *Num*] ipse aliter sentis? [*Numne*] doctrinam & mentem illius candidam novisti unquam? [2 *Num quæ*] *trepidatio*? [*Num qui*] tumultus? [*Num quid*] horroris mihi incussum fuit illo Præside? [3 *Numquis*] est inquam qui sub illo de sua justâ causâ non confideret? Super his posthæc verba faciam.

[*Num*

[*Num quid vis*] amplius? jam enim mihi discedendum est. [*Num quid vis*] *interrogatio erat in discessu usitata*, Terent. Eunuch

---

Dialogus 68.

Ireneus. Lelius.

I. CVr jamdiu ad me nulllas dedisti literas?

L. Ob hanc unam omissionem ne mihi succenseas. [*Nunquam dum*] vixero ullatenus tibi deero. [*Nunquam*] me dehinc æstimes [*ni*] hanc tibi præstem fidem. [Nunquã] cum [dum] Terent. Adelph. [Nunquam] cum [ni] Liv l. 2.

I. [*Nunquam*] in hæc verba me conjecissem [*nisi*] tuas literas magnopere exoptâram. [Nunquam] cum [Nisi] Cic. Att l. 2, ep. 16.

L. *Equidem* [*nunquam*] Romam *misi unam Epistolam,* [*quin*] *esset ad te altera.* [*Nunquam*] *unum intermisi diem* [*quin*] de tuis negotiis meditatus fuerim, & ea, quantum in me fuerit, promoverim. Debitorem tuum quoad legis processus omni industriâ & cautelâ lacessivi, sed in vanum profectò dubitem, *Ille* quippe *bonus vir* [*nusquam*] *apparet. Noli arbitrari me, cum à te discessero, aut* [*nusquam*] *aut nullum fore.* [Nunquam] cum [Quin] Cic. l. 2. ep. 15 [Nunquam] cum [Quin] Terent. Adelph. [Nusquam,] est nullo in loco, Cic. de Senect. [Nusquam] ut supra, Ter. Eunuch.

I. Amicitiam apparentem [*nusquam*] esse censeo [*nisi*] in amicorum mutuis [Nusquam] cum [Nisi] Cic. 1. Acad.

Admonitio.

Nusquam, & usquam, vel uspiam, eleganter usurpantur pro nullibi, quæ minimè usitata sunt.

be-

benevolentiis imaginari non potui te non scripsisse.

[Ob,] sæpè est propter: significat autem tum causam efficientem, tum finem, Cic. pro Marc. *[Ob]* ut supra, Cic. 4. Ver. *[Ob] interdum pro Ante,* Cic. pro Rab. Posth.

L. Meam [*ob*] incuriam nihil detrimenti saltem tibi accidit. Si te negligerem à quo pecunias [*ob*] negotia tua perficiēda acceperim, injustus evaderem quidem certe: credas mihi me super te sollicitum esse, tuaque [*ob*] *oculos mihi sæpissimè versari.*

Dialogus 69.

Memnon, Nebrixa.

[Olim] adverbium *sæpe assumit [Cum]* Cic.

M. O*Lim cum*] in amicitiam inter nos conservandam *animum induxti tuum*, à te literas, & illas quidem frequentes accipere solebam: jam diu est quod nullæ à te mihi datæ sint.

[Olim,] aliàs cum [nunc,] vel *tunc*, vel *tum*, Cic. L. 15. ep. 4. *[Olim tum]* Terent. Phorm. *[Omnis,] sæpe usurpatur pro totus*, Cic. in Rull. *[Omnis] pro Quivis;* Cic. pro [illegible].

N. Ne me indictâ causâ acrius quidem arguas. Quisquis [*olim*] in te fui, [*nunc*] sum. [*Olim tum*] scripsi cum per otium potui, jamdiu negotiis mihi tempus ereptum est. [*Omni*] *huic sermoni* credas: Minimè à natura sum ipse mutabilis. Inconstantia apud me nullam sibi adscivit sedem: ab ea pejus angue aversor: *non* [*omnem*] *frugem neque arborem in*

tis [*omni*] *agro reperire possis. Non* [*omnis*] *fert* [*omnia*] *tellus.* [*Omnes omnium*] *ordinum homines* bene de me sentiunt.

M. His auditis, plura dicere supersedeo. Quot in epulis illis opiparis nudius quartùs habitis fuerunt convivæ?

N. *Quinque* [*omnino*] *fuere,* è quibus ipse unus. *Epulabar cum iis* [*omnino*] *modicè.* Cæteri [*omnino aut magna ex parte*] aut semiebrii, aut saginati nimis. [*Omnino aut certe*] *faciliùs* laborem ullum in me susciperem, quam cum hujusmodi epulonibus versari.

M. Et cur non consuluisti iis?

N. *Mihi perdifficile fuisset non modo* iis consuluisse, sed [*omnino*] non annuisse eorum ineptiis. Aderant duo fratres, maximus natu [*omnino*] bibax, minimus natu [*nequaquam*] illi inferior.

M. Convivarum nomina mihi velim referas.

N. Convivarum nomina [*omnino non*] *conor attingere,* ne fama iis præripiatur. *Non multum aut* [*nihil omninò*] *Græcis cedunt.* [*Vix*] *aut* [*omnino*] non *posse fieri* tantam compotationem credêres. Fratrem minorem potu [*omnino nunquam*] *attigerunt.*

N. Hujusmodi stolida [*omnino nusquam*] reperiuntur. Tu tamen [*omnino*]

[*Omnis*] *eleganter per traductionem iteratur,* Virg. 1. Georg.

[*Omnis*] *per traductionem sæpè valet ad breviter amplificandum,* Cic. pro Rab. Perd.

[*Omnino* ab omnis dictum, ac *sæpe ad numerum refertur,* ad Cic. Q. Fr. lib. 1.

[*Omnino*] *sæpè est prorsus, quasi omni ex parte,* Cic. de Senect.

[*Omnino,*] *assumit,* [*aut magna ex parte,*] *vel aut certe,* vel *nequaquam,* aut aliquid ejusmodi, Cic. 1. Tusc.

[*Omnino aut certe*] Cic. pro Balb.

[*Omnino,*] *sæpè usurpatur pro ullo modo,* nimirum cum additur negatio, aut aperta, aut occulta, Cic. pro Quinct.

[*Omnino*] *cum* [*Nequaquam*] Cic. de Am.

[*Omnino,*] *pro ullo modo jungitur cum* [*non,*] *nihil,* vix, *nunquam, &* *nusquam,* Cic. pro orat

[*Omnino*] *cum* [*nihil*] Cic. 1. Tusc.

[*Omnino*] *cum* [vix] Cic. Att. l. 3.

[*Omnino*] *cum* [*nunquam*] Cic. 1. de Orat. [*Omnino*] *cum* [*nusquam*] Cic. de Amic. [*Omnino*], *interdum idem est ac nimirum,* quia omni ex parte res *efficitur,* Cic. 4. Ver.

præ-

præclarè te habuiſti. Quis ſanæ mentis homo hæc patraret? *Miſerrima eſt* [*omnino*] horum conditio, ſperant ſe in reſipiſcentiam diu victuros. *Quid eſt* [*omninò*] *ipſum diu in quo eſt aliquid extremum?* [*Omnino omnium*] horum periculorum, *una cautio eſt*, ut provideamus extremo; nobis non advertentibus tranſiliatur utique. Temporis *celeritati* [*par*] *nihil eſt: ne cogitari quidem poteſt.*

M. *Quæ poteſt* [1 *par*] *oratio inveniri?* Et mihi nullatenus conditio [2 *par cum*] hujuſmodi hominibus. De noviſſimis enim conſideratio, & illa quidem ſeria unicuique adhibenda eſſet. *Si* [3 *parem*] quiſpiam *ſapientiam habeat* [*ac*] oporteret, ſuper his accuratiùs meditaretur. *Nec* [4 *par*] *cum his ratio eſt* [*ac*] *cum aliis. Si* [5 *par*] *in nobis* ſollicitudo ac diſcretio adinveniretur in his [*atque*] in aliis parvi momenti rebus, nos melius componeremus.

N. Quomodo autem ſe jam gerunt?

M. [6 *Pari atque*] *antea ratione*, non enim ſe ullatenus reſipiſcunt. Omnia agnoſcuntur *in Themiſtocle* [7 *paria &*] *Coriolano*. Viri enim ſpectatiſſimæ virtutis ſunt uterque. Quis iis par ſit annumerandus? [8 *par eſt*] ut debitus iis honor attribuatur, quippe qui palmam ab omnibus facile reportârunt, prudenter æque ac ſanctè ſe geſſerunt.

N.

[*Omnino*] ut ſupra, Cic. l. 1. Offic.

[*Omnino*] pro *tandem*, Cic. pro Marc.

[*Omnino*] *junctum cum* [*omnis*,] *gravem æque ac brevem amplificationem continet*, Cic. de Amic.

[*Par*,] *æqualis propriè eſt, ac ſæpè abſolute ponitur*, Cic. li. 3. de Nat. Deorum.

Admonitio.

Quoties ætas, tempus que ſpectatur, non par alicui, aut alicujus niſi addatur, ætate, annis, aut aliquid ejuſmodi: ſed æqualis dici ſolet.

[1 *Par*] ut ſupra, Cic. pro lege Manilia.

[2 *Par*] *cum* [*cum*] nonnunquam, Cic. 1. de Nat. Deorum.

[3 *Par*] *interdum aſſumit* [*ac*,] *atque*, *&* Plaut. Mil.

[4 *Par*] ut ſupra, *cum* [*ac*] Cic. 3 de Nat. Deorum.

[5 *Par*] *cum* [*Atque*] Cic. l. 2. de Invent.

[6 *Par*] *cum* [*atque*] Cæſar. 3. de bello civili

[7 *Par*] *cum* [*&*] Cic. in Brut.

[8 *Par eſt*,] *pro æquum eſt*, Cic. pro Mur.

N. De his hactenus. At exaudi.

M. An quid vis amplius?

N. [*Pariter*] *nunc operâ me adjuves,* [*ac*] dudum re *opitulatus fuisti.*

M. Quid autem est in quo tibi sublevamini esse possim?

N. *Vides* [*pariter*] *accusatores* [*&*] *iis consociatos.* [*Pariter atque*] in aliis meis angustiis velim jam mihi subvenias. Tu [*pariter ut*] alias mihi magno fuisti præsidio.

M. Quid est tandem quod mihi faciendum est?

N. In meos adversarios [*pariter ac si*] tibi capitales *hostes sint*, cautè & prudenter insurgas. [*Pariter*] *hæc fiant* [*atque ut*] *alia* à te *facta sunt.* Ad te unicè recurro: [*Pariter*] *enim* [*cum*] *vita* tibi judicium in rebus agendis amittitur.

M. Cras negotium hoc mihi committendum quoad poteris clarissimè aperias.

[*Pariter ac*] *&, atque, ut, usitata sunt, atque ac,* Teren. Phorm.

[*Pariter*] *cum* [*&*] Cic. Parad.

[*Pariter*] *cum* [*atque*] Plaut. Menech.

[*Pariter*] *cum* [*ut*] Plaut. Aul.

[*Pariter*] *cum* [*ac si*] Salust. Ingurth.

[*Pariter*] *cum* [*atque ut*] Plaut. Amph.

[*Pariter*] *interdum usurpatur pro simul, & assumit* [*cum*] Cic. I. Tuscul.

Dialogus

Dialogus 70.

Onuphrius. Paradus.

O. EPulatíne estis heri ut inter vos solenne est?

P. Maximè quidem, & perquàm lautissimè: quinimmò in multam noctem Græcati sumus.

O. *Omnibus in rebus magis offendit nimium quam* [*parùm.*]

[*Parùm,*] contrarium habet multum, aut nimium, Cic. in Orat.

P. Rectè dicis. At pace tuâ, plura audias. In acetariâ condienda parabatur oleum Lucense, adeo stupendum, ut nihil magis suo genere perfectius, ne quidem unquam gustârim: decem vasis donatus sum. *Tibi duo dabo, unum si* [*parum*] *est.* *Si* [*parum*] *intellexisti, dicam denuo.* Præstantissimi illius olei vasa duo, & illa plena tibi daturus sum, si modo tibi grata sint.

[*Parùm,*] *sæpe usurpatur pro non satis,* Plaut. Rud.
[*Parùm*] ut supra, Plaut. Rud.

O. Munificum hoc tuum donum perquam libenter accipio.

P. Avunculus meus de conventione hac certior est factus, & bile exæstuavit. At parum refert.

O. *Sed* [*parum ne est quod*] tibi *succenset senex?* Quid autem dixit ipse?

[*Parum est quod,*] Terent. Phorm.

P. Illius verba planè non recordor, illum tamen me valdè objurgavisse ritè me-

memini. At ſanè redargui, & [*parumper*] *conticuit*, poſtmodum autem verbis me acriter excepit, tum denuò quamprimum potui me in fugam conjeci. [*Parumper*] hic *operiar* [*dum*] omnis bilis motus ſedatus fuerit, & omnis illius rabies evanuerit.

O. Quid tibi in hac re faciendum ſit aperire jam aggredior.

P. Sileas autem [*paulisper*] [1 *paulisper dum*] ègo revertar: tum demum te audiam. O. At mitiſſimè te geras; [2 *per ſe*] *ipſa ſplendet virtus*.

O. [3 *Per*] *triennium* illum ſuſtinui: jam autem vix poſſim plus.

P. Cave ne [4 *per*] *poteſtatem* omnia ſubrogentur tibi, in ſapientià & longanimitate omninò perſeveres velim.

O. Vis plura? undique circumdederunt me inimici mei, qui non ſolum me, ſed & illum [5 *per ſimulationem*] *amicitiæ prodiderunt*, qui [6 *per ſpeciem*] officii in illius gratiam fungendi ſuas opes firmarunt, & [7 *per*] hujus [*cauſam*] omnia hæc videntur facere.

P. Homines id genus paſſim occurrunt, & diſcurſum hunc, & illum inviſere, in aliud transferas tempus.

[*Parumper*] ex parum factum eſt; ſed *ad tempus accommodatur*, Cic. 1. de Orat.

[*Parumper*,] *interdum adjicitur* [*dum*] Terent. Andr.

[*Paulisper*,] à paulo dictum, *idem eſt quod parumper*, Cæſ. lib. 3.

[1 *Paulisper*] quoque idem ut parumper aſſumit [*dum*] Cic. pro Mil.

Admonitio.

Quoties exiguum tempus ſignificatur, non parum, aut paulum, ſed parumper, aut paulisper dici ſolet. Itaque non dices; expecta parum, aut paulum; ſed parumper, aut paulisper.

[2 *Per*] vulgò ad locum; ſed ſæpe etiam ad perſonam refertur.

[3 *Per ſe*,] *ſæpe eſt ſine alterius ope*, Cic. pro Seſt.

[4 *Per*,] *ad tempus relatum*, Cic. 2. Ver.

[5 *Per*,] *ſæpe ad modum accommodatur*. [6 *Per ſimulationem*] [*per ſpeciem*] [*per cauſam*;] *idem ferè ſignificant*, Cic. poſt reditum ad Quirites. [*Per ſpeciem*] ut ſupra, Liv. lib. 1. [7 *Per cauſam*] ut ſupra, Liv. lib. 2.

O. Tibi annuo.

P. Antonium minus recte in te sese gessisse mihi videtur, cum illius omne officium tibi verè debitum sit.

O. [*Per literas*] se mihi planè excusavit Antonius: neque enim negotia ut expedit novit, neque [*per ætatem*] etiam poterat nec illi [*per*] alia negotia licuit, rebus agendis non valet: [*per*] omnem modum illum instruas.

P. Quicquid potero præstaturus sum.

O. Si non feceris, ipse tentabo.

P. [*Per*] *me liceat.*

O. Horâ quarta pomeridiana hic conveniamus cras.

P. Male jam me habeo, nec qui fit scio. Si [*per valetudinem*] non potero, me excusatum iri sperem.

[*Per literas,*] *idem est quod literis*, Cic. Att. lib. 1.
[*Per ætatem,*] *pro ob ætatem*, Terent. Eun.
[*Per*] *interdum est propter*, Cic. 2. Tusc.
[*Per*] *nonnunquam observantiæ est*, Cic ad Brut. ep. 15.
[*Per,*] *ad di concedentis*, Cic. 2. Phil.
[*Per valetudinem*] Cic. 2. Phil.

Dialogus 63.

Quirimbus. Ransovius.

Q. HEri advena, at è primis mechanicis philosophus eruditissimus, quibusdam nonnulla arcana aperire tentavit; quidam inter ipsos ignari magis, illum irriserunt.

R. *Philosophia non* [*pe-inde ac*] *de hominum est vita merita, laudatur.*

[*Perinde*] *usurpatur pro æquè, vel itaque jungitur autem sæpè cum* [*ac,*] *ac si, atque ut*, Cic. 1. Tusculan.

Q.

Q. Quid autem cæteri?

R. Alii, quibus difficilis esse videtur eam [*perinde*] habent [*acsi*] acquiri nullo modo possit. Ejusdem scientiæ naturam tibi alias aperui, primâ facie tu [*perinde*] apprehendisti [*acsi*] à me centies audivisses.

Q. Si modo attenti fuissent, me multo meliùs cepissent.

R. *Vereor* [*ut*] illi [*perinde*] intellexissent [*atque*] ipse tu. Nec mirum esset, quippe qui non [*perinde ut*] tu ingenio valent.

Q. Nimium mihi ascribis profecto, fateor ex prælectionibus doctrinam subsequi [*perinde ut*] capacitas adsit, insimul adhibita attentione, at hæc [*perinde*] loqui videor [*quasi*] tuis argumentis subsidio essem.

R. Tu loqueris [*perinde quasi*] magnam de te opinionem non concipias.

Q. Absit! te apprime doctissimum esse fateor. Te ratione antiquæ amicitiæ nostræ mihi loquendi facultatem liberè impertire scio. [*Proinde*] acquiesco. [1 *Proin*] plura super his loqui supersedeo.

R. Quamplurimi [2 *planè*] me laudibus insigniunt.

[*Perinde acsi*] Cic. Partit.
[*Perinde acsi,*] Cæsar lib. 4. de bello civili.

[*Perinde atque ut,*] Cic pro Marc.

[*Perinde ut*] *pro prout*, Cic. l. 2. de Orat.

[*Perinde ut*] *pro prout*] Cic. 3. Offic.
[*Perinde quasi,*] est perinde acsi, Cic. 5. Ver.
[*Perinde quasi*] per *Ironiam*, Cic. 3. Ver.

[*Proinde,*] seu *Proin*, quod decurtatum est, *significat Ideo*, vel *Quamobrem*, Cic 4. Ver.
[1 *Proin*] ut supra, Terent. Eunuch.

Admonitio.

Proinde, pro Perinde, si aliquando usurpatur, easdem conjunctiones, eosdem usus habet: sed videndum est ne subsit mendum: & proinde legatur pro perinde. [2 *Plane*] est idem quod *clare* & *aperte*, Cic. Att. lib. 8.

Q.

Q. Easdem non immerito tibi attribuunt. Persevera eodem modo quo hucusque [*planè*] feceris. Quamdiu ruri te exceperit Theodorus?

R. [1 *Plane*] [2 *plus*] *unâ me nosse retinere non potuit.*

[*Plane*] Cic. 1. de legibus.
[1 *Planè*] *sæpe usurpatur pro omninò*, Cic in Brut.
Plus, magis accedit ad Nomen quam Magis: proindè non temerè pro magis usurpandum est.
[2 *Plus*] *sæpe usurpatur pro Amplius*, Cic. 1. Phil.

Dialogus 72.

Sletius, Tartaretus.

[*Plus*] *interdum adsciscit* [*quam*] *& Quam quantum*, Cic. l. 6. ep. 1.
[*Plus*] *cum* [*quam quantum*, Cic.

S. *EGo habeo cui* [*plus quam*] *tibi debeam, neminem.* Mihi [*plus*] pecuniarum exhibuisti [*quam quantum*] longo temporis cursu possim expendere.

T. Missa fiant hæc.

S. Quid autem novi?

T. In campo Martio dimicarunt feroces duo, uterque vulneribus utrisque inflictis occubuerunt.

S. Civibus arma prohibenda essent.

T. *Non tantum valet ut* respublica rectum gladiorum usum tollat, [*non plus quam*] *ut* vinum itidem unicuique prohiberet, quia è vini ingurgitatione ebrii evadant aliqui. Alio tempore super his

[*Non plus quam*] *comparationem quandã continet subobscuram*, Cic. de Amicitia.

verba

verba faciemus, [*porrò*] accuratiùs & enucleatiùs hæc discutiemus.

S. Prosequor autem. *Clamabat* [*porrò*] populus prohibenda esse arma.

T. Perge [*porro*] cum ita sit, quid hinc successit?

S. Motus primò in populo excitabatur, brevi autem acquieverũt. *Aliquot* [*post*] *dies alter occisus est*. Et jam memini nec plures sex diebus [*post*] tumultus [*factos*] esse, [*post*] *homines* [*natos*] id genus seditiones non fuerunt cognitæ. Saltem [*post*] *hominum* [*memoriam*] nunquam certè. [*Post*] *horas octo* [*quam*] insurrexerunt sedati fuere quotquot erant.

[*Porro*,] *est deinde postea*, Cic. 3. Ver.
[*Porro*,] *pro autem usurpatum, continuat orationem*, Cic. pro Quinct.
[*Porro*] *nonnunquam ponitur pro ultra*, Cic. 4 de Fin.
[*Post*] *quoties casum regit, Prepositio est, cui* ante opponitur, Cic. pro Rosc.
[*Post*,] *cum Participio preteriti temporis eleganter ponitur*, Cic. 8. de Divin.
[*Post*] *homines* [*natos*] Cic. pro Mil.
[*Post*] *hominum* [*memoriam*] Cic. in Pis.
Prepositio [*Post*] *interdum assumit* [*Quam.*]

Dialogus 73.

Viterbus. Ronsecus.


V. QVando discessi Româ floruit urbs, *biennio* [*post*] corruit; *anno* [*post*] *Paulus* è mœrore *periit*.

R. Quando Venetias venturus est.

V. *Paucis* [*post*] *diebus quam Luca discessero*.

R. Pertimescebam, nec sine ratione, omnem nummum Roberto datum mutuò, me amissurum: coram foro judicia-

[*Post*] Adverbium nullum casum regit, etsi sæpè jungitur cum ablativo temporis, Cic. in Brut.
[*Post*] ut supra, Cic. 2. de Divinat.
[*Post*] ut supra, Cic. l. 1. ep. 9.



[*Post*] ut supra, Cic. pro Flac.

Admonitio.

Post, quoties ablativo jungitur, Adverbium est, neque enim casus à Post regitur, sed absolute ponitur, quippe ablativus temporis. Semper autem aut postponitur, ut paucis diebus post, aut interponitur, ut paucis post diebus.

li illum lacessere incepi, quibusdam [*post*] *mensibus pecunia hac recuperata est*, at mea quidem sollicitudine magna.

V. Quid tum postea?

R. Quid est quod velis?

Adverbium [*postea*] interdum jungitur cum interrogatione.

[*Post*] & *postea*, & *posteaquam* saepe adsciscit [*quam*]. Cic. lib. 12. ep. 41.

[*Postea*] cum [*quam*] Cic. pro Plant.

[*Postea vero quam*] Cic. lib. 5. ep. 4.

[*Post*] interdum assumit [*ubi*] vel *ut*, Salust Catil.

[*Post ut*] ut supra, Cic. in Orat.

[*Postquam*] vel *post*. *aliquam adsciscit interdum* [*illicò*] *extemplò*, *repente*, *aut aliquid ejusmodi*, Terent. Heaut.

[*Postquam extemplò*,] ut supra, Terent. Hecyr.

[*Posteaquam repentè*] ut supra, Cic. 7. Ver.

V. *Cedo quid* [*postea?*]

R. Dixi.

V. Quando accessit Corduvius?

R. *Heri non multò* [*postquam*] tu à *me discessisti*. Et [*posteaquam*] te hinc recepisti venit Augustinus, suscepimus unà trium milliarium iter visitatum Dominicum. [*Postea vero quam*] semi milliare profecti essemus, nova de Soto nobis allata sunt, stetimus aliquantulum, postmodum ea contentione regressi sumus. [*Post ubi*] illi obviam dedimus, quid in Comitiis actum fuerit nobis narravit. Buxo pallidior fuit ille cujus causa agebatur, [*post*] *sensim* [*ut*] Comitia in illius partem reclinavere, profusiùs justo exultavit. Id genus mutatio omnibus fuit risui: at [*postquam*] se irrideri subolevit, se recepit [*illicò.*] [*Postquam*] introivit, illum timore percitum [*extemplo*] cognovi. [*Posteaquam*] hæc *acta & constituta fuere, processit iste* [*repentè*] acriter in alium, factus jam successu audax; sed caveat sibi.

V.

V. Missum faciamus ineptum hunc.

R. [*Posterius*] audi quid fecerit.

V. De ipso ne plura quidem.

R. At paulisper audi, unicuique [*posthac*] ipse ludibrio erit. Deinde, cum *speciem* [*præ*] *se boni viri fert*, quid dicendum venit cum nebulo ritè deprehendatur. Cum coram comitiis compareat aliquando, ita illum verbis excipient. *Noli* [*præ*] *te ferre* justum, cum te injustissimum alias fuisse apparuerit, [*præ*] omnibus te suspectum habemus, sint tua testimonia nobis clarissima, aliter nihil profeceris. Cum hæc audiero [*præ*] *gaudio ubi sim nesciam.*

Adverbium [*Posterius*] *pro postea usurpatum* est, contrarium habet prius, & ad *tempus refertur*, Cic. 6. Ver.
Adverbium [*posthac*] *idem est quod in posterum*, contrarium habet *antehac*.
[*Præ*] Adverbium, est *ante, per translationem*, Cic. 1. Offic.
[*Præ*] ut supra, Cic. 2 de Nat. Deorum.
[*Præ*] ut supra, Cic. 4. ep. 4.
[*Præ*] sæpe *usurpatur pro propter*, Ter. Heaut.

Dialogus 61.

Servius. Tostatus.

S. QVid rei tecum?

T. Ah! Latrones me valde prosequuti sunt; adhuc à tremore [*præ*] *formidine* vix me possum cohibere.

S. Quid autem sit, planiùs referas.

T. Parum [*præ ut*] mihi accidit prædicare potero, nondum enim sum ipse compos animi, at me brevi resipiscam. [*Præter*] *modum* conturbatus fui, & ex eorum manibus [*præter*] *spem* evasi. Quatuor consocii adfuimus, ex iis neminem

[*Præ*] *sæpe usurpatur pro propter*, Plaut. Amph.
[*Præ ut*] *est in comparatione*. Plaut. Amph.
Præpositio [*Præter*] *est ante, sed mutuum significat*, Liv. l. 3.
[*Præter*] *usurpatur pro extra*, Cic. 1. de Div.
[*Præter*] ut supra, Cic. Att. l. 15.

[*Præter,*] *interdum excipit similiter ac extra*, Cic lib.1.
[*Præter*] *sæpè declarat supra*, Cic.1.Offic.
[*Prætereà*] dictũ quasi præter ea, *ad personas quoque accommodatur, etiam numero singulari*, Cic pro Manilia.
[*Præterquam,*] *pro nisi* usurpari solet, Cic.3. Catil.
[*Præterquam quod*] *pro nisi quod*, Cic.ad Q. Fr.lib.2.ep.13.
[*Præterquam quod*] *usurpatur pro non modo*, Cic.1.de Divin.

magnanimum *vidi* [*præter*] *Lucullum*, *longe* [*præter*] *cæteros* se extulit, nos enim, ipse quidem solus restituit: [*prætera*] *nemo*.

S. Quid vis à me, quamprimum enim discedo.

T. Nihil à te [*præterquam*] *hujus diei memoriam sempiternam* postulo.

S. Adhuc affligi videris [*præterquam quod*] te tremere video, te in periculo fuisse non crediderim. E narratione tua, ea quæ de tuo periculo videris statuere, [*præterquam quod*] *fieri nihil potuit, ne, tu fingere quidem* rectè *possis*.

Dialogus 75.

Vitruvius. Zenon.

[*Pridie*] dictum quasi *priore die. Postridie, postero die.*
[*Pridie,*] *&* *Postridie adsciscit sibi* [*quam*] Cic.de Amic.
[*Postridie*] [*quam*] *sibi adsciscit*, Cic.lib.14. ep.6.
[*Postero die, quam*] *adsciscit*, Cic.l.2. de orat.

V. ANselmus [*pridie quam*] *excessit e vita*, de te quam humanissimè loquutus est, ita mihi renunciavit quidam.

Z. Quando autem audivisti?

V. [*Postridie*] *intellexi* [*quam*] *à te discessi*. [*Postero*] etiam [*die quam*] relatum est Hieronimum defunctum esse.

Z. Vtriusque præmaturam, mortem delugeo. Quoto autem die vitam cum morte mutavit Hieronymus?

V. Octavo: [*Pridie ejus diei*] in quo Comitia celebrabantur apud vos.

Z. At quando accessit Romam Rulandus?

V. [*Postridie ejus diei*] dictæ.

V. Quid novi attulerit scire vellem.

Z. Quid ita?

V. Naturâ rerum novarum sum avidus.

[*Pridie*] & *Postridie*, *interdum assumunt* [*ejus diei*], Cic. l. 1. ep. 4.

[*Postridie ejus diei*] ut supra, Cic. li. 1. de re Rustic.

Admonitio.

Idus, Nonas, Kalendas, 4. casu adsciscunt, ut pridie Idus, Nonas, Calendas: sive postridie Idus, &c. *Admonitio.* Primum, & Primo. hoc fermè differunt, quod Primum ad ordinem rerum pertinet, Primo ad tempus.

Z. Referam, cum ita vis. [*Primum*] regem Galliæ Allobrogibus bellum indixisse fertur, [*deinde* Belgis. Cæsar [*primum*] pro Allobrogibus intercessit, & pax inita: [*post*] autem pro Belgis, & de pace conclusum. [*Primum*] ob illius charitatem insignem, [*tum*] ob fœdus cum utraque gente sancitum. In rebus his agendis nulli pepercit sumptui.

V. O præclara, & tanto principe digna! [*primum*] charitatem, [*tum*] amicitiam contractam cum iis, [*post*] magnis quidem sumptibus hæc prosequutus est. En principem insignem profectò, cui [*primum*] inest charitas, [*tum*] fidelitas nunquam satis laudanda, [*deinde*] liberalitas. Si plura dicerem, [*Primum*] de charitate hac insigni, quæ adumbrari quidem, plenè declarari nequaquam potuisset; [*Deinde*] de fide hac, [*Tum*]

[*Primum*] *sæpe adsciscit* [*deinde*] *vel Post*, *vel tum*, Cic. de Amic.

[*Primum*] *sæpe adsciscit* [*post*] Cic. l. 3. ep. 9

[*Primum*] *sæpe adsciscit* [*tum*] Cic lib. 16. ep 3.

[*Primum, tum, post,*] *vel deinde in enumeratione tripartita usurpantur*, Cic. lib. 1. Offic.

[*Primum, tum, deinde*] ut supra, Cic.

[*Primum, deinde, tum*] *vel postremo*, Cic. de lege Manilia.

de illius sumptibus largâ manu impensis verba facerem, & diffusius quidem certè.

Z. His autem cognitis, quid dixerunt illi?

[*Primum*, *Deinde*, *Postremo*,] Cic. l. 5. ep. 14.

V. [*Primum*] charitatem miris extulerunt laudibus. [*Deinde*] mirati sunt. [*Postremo*] sumptibus perpensis obstupuerunt.

Dialogus 76.

Alstedius. Blosius.

A. CVr ad me literas novissimè scripsisti, cùm anteà & paucis abhinc diebus à te alias acceperim; immo & tu quidem à me.

[*Primum*, *Deinde*, *Tum* *Postremo*,] *in quadripartita enumeratione sæpe adhibentur* Cic. lib. 15. ep. 14. item li. 7 ep. 2. & 3. de Nat. Deor. & ad Q. Fr. l. 1. ep. 18.

B. [*Primum*,] *ut te tanto intervallo viderem*: [*Deinde*,] *ut tibi possem præsens gratulari*: [*Tum*,] ut quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus; [*Postremo*] *ut amicitia nostra confirmaretur vehementiùs*.

A. Quòd me tanti facis gratias ago; à te de Dominici Testamento audire vellem.

B. Præ omnibus illius urbis religiosè magis se gessit. Multa dedit, tali pietate, tantaque prudentia, ut nihil judicii addi

di possit. Quid dicam? *Ipsa charitas generis humani serpit sensim foras, cognationibus [primum, tum] affinitatibus; [deinde] amicitiis; [post] vicinitatibus, [tum] civibus*, [*deinde*] totius complexui gentis humanæ.

[*Primum, tum, deinde, post, tum, deinde,*] *enumerationes cum plures sunt, hoc ordine sæpe disponuntur*, Cic. 5. de Fin.

A. Ab his transeamus. Quid est quod docuerit Roscius, insignis ille orator?

B. Hæc protulit. *Quinque faciunt quasi membra eloquentiam. Invenire quid dicas. Inventa disponere.* [*Deinde*] *ornare verbis.* [*Post*] *mandare memoriæ.* [*Tum ad extremum*] *agere & pronuntiare.*

Interdum primum omittitur, & pro post etiam, subjicitur, Tum ad extremum ut exempli gratia. [*Deinde, post, tum ad extremum*] Cic. 2. de Or. 1.

A. Insigni dotatus es memoria, & copiosissimum carpsisti fructum [*Primum*] *tibi ut debeo gratulor lætorque*, ut hujusce doctrinæ dogmata attentè observas, & dehinc, ut fecisti, memoriæ recondas, te hortari velim. [*Primo*] te valde perplexum existmes. [*Deinde*] autem hæc tibi adeo facilia apparebunt, ut nihil magis. [*Primo*] Gabinius nimis perturbatus, semianno [*post*] hæc illi admodum nota fuere. [*Primaâ, alterâ, tertiâ,*] *denique* quartâ hebdomadâ hanc artem nobilem se nunquam consequuturum iri censuit. [*Primo*] post mense, hæc consequi quiddam impossibile esse sibi fingebat. [*Secundò*] vix posse acquiri; [*Tertio*] spem aliquam concepit. Quarto pænè apprehendit. Quinto perfectè calluit. Alium autem novi qui hujusmodi studia ala-

[*Primum*] *interdum absolute ponitur; quia tum, aut deinde, aut tale aliquid subjicitur*, Cic l. 1. ep 9.

[*Primo*] *ut dictum est, ad tempus pertinet. Cui itidem* [*deinde*] *respondit, aut post*, Cic. pro Cluent.

[*Primo post*] *ad tempus pertinet*, Cic. de Amicitia.

[*Primum, alter, tertium,*] *eleganter dicuntur; tamen pro altero secundus interdum ponitur*, Cic. 1.

[*Primus, secundus, tertius,*] Cic. l. 1. ep. 1.

alacriter incepit. Prima luna attentus fuit. Secundo autem mense una cum spe libros à se longè ablegavit.

[*Prior & Posterior*] *de duobus dicuntur*, Cic. 1. de Fin.

B. *Posterius priori non conveniebat*, qui & solers est & æquè patiens, is vincat oportet; qui perseveraverit, is optatum finem consequetur. Non loquor [*pro*] me, sed [*contra*;] laboris enim minimè sum ipse patiens.

[*Pro*] sæpè contrarium habet, [*contra*] Cic. 3. de Orat.

[*Pro*] pro [*In*] Liv. lib. 38.

A. Omnes ad unum [*pro*] illius lectione mirificè illum extulerunt, quamplurimi illum laudibus meritò accumulantes [*pro*] *testimonio* admodum approbabantur. Quod ad me, *unus mihi est*, ipse [*pro*] *millibus*.

[*Pro testimonio*] ut supra, Cic. pro Cluen.

[*Pro*,] *pro vice, & loco non nunquam*, Cic. Att. lib. 2.

[*Pro nihilo*] *usitatissimum*.

B. Rhetorem illi collegam [*pro nihilo*] semper habui. His in doctrinis mediocriter versatus sum, in aliis autem scientiis liberalibus [*pro*] *ratione mei temporis* multum profeci, uti mihi saltem persuadent quidam: Si spectes scholares, [*pro*] numero *nimium multi*, [*pro*] *multitudine benè* apprehendentium *admodum pauci sunt*.

[*Pro*] *in comparatione*, *sæpè idem est quod si spectes*, Cic. pro Vol.

[*Pro*] ut supra, Cic. 3. Phil.

A. *Non dubito* [*pro*] *tua singulari prudentia* [*pro suo jure*] facias, ut Bembus scientiis liberalibus rectè instruatur, cum tu illi in Patronum es.

[*Pro*] alias *pro secundum*, Cic. l. 1. ep. 12.

[*Pro suo jure*] *pro meo jure*, *pro tuo jure*, *ut pro suo jure facere aut dicere aliquid, est idem quod jure suo, ac pro potestate quam habes in aliquam rem dicere aliquid aut facere, sine reprehensionis metu*, quod nemo possit id jure reprehendere, Cic. 7. Ver.

Dialogus

Dialogus 77.

Coriolanus. Duodus.

C. QVid de nepotum tuorum altercatione dicitur ?

Duodus. *Pro re* [*pauca loquerer*] si mihi concussum esset tempus.

C. At quî fit cum te accesserim, non veneris, animadverti posse [*pro re nata*] *te non incommode ad me in Albanum venire.* Si adfuisses, mihi pergratissimum fecisses utique. Negotium expostulabat, nec otium tibi desiderabatur. Amicus meus, unus ex intimis, venit, & consilium [*pro tempore*] mihi dedit. Meorum amicorum præterea aderant multi coram comitiis, inter quos *nemo fuit qui* non me [*pro*] *suis* [*opibus,*] *pro facultatibus, pro dignitate in illa tempestate defenderit.* [*Pro mea parte*] nunquam eorum cuipiam futurus sum ingratus. Mirabile dictu ! Omnes qui aderant, ad unum sanè, [*pro sua parte*] *& authoritate me defenderunt*, [*pro se quisque*] me adjuvit. Iudicis suffragium minimè admisissent, ni suis rationibus confirmaret quisque assertiones suas quas apertissimis verbis [*pro se quisque*] stabilivit. D. Mihi quidem cordi est hic tuorum negotiorum successus fœlix. Liceat dixerim me

Eodem ut supra pertinent illa, [*Pro re*] *Pro re nata, Pro tempore, Pro opibus*, Virg. 4. Æneid.

[*Pro re nata*] ut supra, Cic Att lib. 7.

[*Pro tempore*] ut supra Cæsar.

[*Pro opibus*, ut supra, Cic pro Dol.

Item illa; *Pro mea, pro tua, pro sua parte*, & alia ejusmodi, [*Pro mea parte*] Cic. l. 5. ep. 8.

[*Pro sua parte*] ut supra, Cic. pro Syl.

[*Pro se quisque,*] *idem est quod, pro sua quisque parte*, Cic. 3. Offic.

[*Pro se quisque*] ut supra, Liv. l. 26.

me tunc temporis, cum à te accersitus fuerim, multis negotiis implicitum fuisse. At plura de his alias.

Dialogus 78.

Eleasar. Fœlix.

E. ÆDificium jam construo quod quidem perpulchrum fore sperem.

F. Vidi, haud satis concinnum mihi esse videtur, nimirum *oporteret ut* ædibus ac palatiis magnificis, *vestibula & aditus* [*pro portione*] fiant; quæ in hac structura desiderantur quidem, nimis enim angusta sunt. Columnæ etiam, [*pro rata portione* fabricæ, majores essent. Iterum pace tua, singularum columnarum bases ex diametro triginta digitos longæ essent ut [*pro rata portione.*]

[*Pro portione,*] idem est quod *rata portione, vel parte*, Cic. 2. de Orat.

[*Pro rata portione,*] Cic. l. 6 de Repub.

[*Pro rata portione*] Cæsar de bello civili.

Quem huic operi præposui, is Mathematicis parum videtur versatus esse: [*prout*] *facultates hominis ferebant*, erecta & conformata est structura hæc.

[*Pro ut*] *pro eo ac*, *Pro eo ut*, *idem declarant*, Cic 6. Ver.

F. In quem autem finem tot impendisti sumptus?

Memoriæ monumentum meæ, & ut aliis exemplar sit hoc, qualecunque id est, civibus istius urbis, in donum daturus sum, [*pro eo*] *mihi* [*ac*] *mereor* relaturos esse

[*Pro eo ac*] ut supra, Cic 4. Catil.

esse gratias sperem. Nullatenus peperci sumptibus, feci [*pro iis ut*] census, sollicitudo, & ulla ingenii mei facultas tulerit; omnes inquam intendi nervos.

[*Pro iis ut*,] ut supra, Cic. 5. Ver.

Dialogus 79.

Galenus, *Humius*.

G. MIssum à te Horologium præ manibus retineo, in solutionem pro ipso triginta aureis te dono.

H. A te quot quot sunt accipio, elucet hic liberalitas tua.

G. At *vereor ne parum tibi* [*pro eo quod*] *à te habeo reddiderim*.

[*Pro eo quod*] *pro eo quantum*, *in comparatione*, Cic. pro Planc.

H. In hac solutione, & amicitiâ tuâ planè acquiesco.

G. *Equidem* [*pro eo quanti*] *te facio*, ritè dijudicas.

[*Pro eo quantum*,] ut supra, Cic. l. 3. ep. 3.

H. Tibi una cum è nostris singulis ejusdem artis sodalibus plurimum debeo. Quod enim á Cæsare acquisivimus, *nos tuo beneficio id consecutos judicamus*: [*pro eo*] *jam* & merito *habeamus*. Multis aliis quidem nominibus tibi obstrictus sum, quamvis liberalitatem hanc tuam omnino non memorem. Aliter quidem faciunt alii, qui *dimidium quod paciscuntur*

[*Pro eo*,] *absolute*, Cic. lib. 14. ep.

cuntur [*pro*] nostro opere sæpe reddunt.

[*Pro*] *interdum pro ob, vel propter usurpatur*, Cic. 2. de Orat.

[*Pro*,] ut supra, Cic. Att. l. 3.

Dialogus 80.

Irlandus, Lomelius.

I. MAgnus in urbe à nefario quodam proditore suscitabatur tumultus, qui vulgus, sua dicendi facultate, è villis & pagis duxit, & iis à fide deficere planè persuasit. Is *cum*. *Plebe* hac [*prope*] *ripam Anienis consedit*. Secundo die, inibi conflictus fuere crudeles adeo, ut ipsi Romæ magnificæ penè minitabantur. At quamvis *tam* [*propè*] à Roma concertatum fuerit, Romæ tamen placida & tranquilla fuere omnia. [*Propè*] *à meis ædibus sedebat* plebs ista; attamen ex iis ausus est nemo me [*prope*] *accedere*, in concertationem paratus fui. Tormenta in ordinem disposita fuere mea, quod iis innotuit. Se dde rei eventu si sermo sit, pugna certè habebatur dubia admodum: victi autem tandem sunt: [*propè fuit ut*] vicissent ipsi, [*propè est factum*] *ut* omnia destruerentur: [*propiùs nihil est factum*] *quam ut*

[*Prope*,] Præpositio, est, *juxta*, Cic. in Brut.

[*Prope*] *interdum, cum ablativum casum adsciscit, usurpatur pro non procul*, Cic. 7. Ver.

[*Prope*] ut supra, Cic. in Pis.

[*Prope*] *cum sine casu ponitur, adverbii vicem obtinet, & contrarium habet procul*, Plaut.

[*Prope fuit ut*,] *id est, parum abest quin*, Liv. lib. 2.

[*Prope est factum*] Liv. l. 15.

[*Propius nihil est factum*] Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.

ut omnem vicinitatem funditùs perdidissent.

[*Prope adest ut*] mihi consulam, cum domus in ultimis pomœrii locis sita sit: me singulis diebus in periculo versari mihi videtur. [*Prope adest cum*] *alieno more vivendum est mihi*, ut civis evadam, & in urbe quod reliquum mihi ætatis meæ sit transigam. Piscationi, venationi, cæterisque hujusmodi, quæ me totum alias exceperunt, jam planè valedicam.

[*Prope adest ut,*] vel cum, est *non longe abest*, Plaut. Aul.

[*Prope adest cum,*] est *Non longe abest*, ut supra Teren. Andr.

I. Quoniam [*propius*] à civitate [*abes*] quam ipse, non est quod æquè pertimescas, se de mea jam te consulo, & seriò quidem. Vis Palatium meum omnino deseram?

[*Propius absum,*] *idem quod minus longe absum* Cic. Att. lib. 1. ep. 1.

L. Tu eques es; *Eques dignitate Senatori* [*proximus,*] in ipsa urbe conspicuus futurus es, & in ipsa tranquillitate cum omni securitate plenè frui poteris. [*Proximum*] esse [*a*] *postremo* Senatore dignitas est magna. Deinde, frater tuus [*proximus*] est [*post*] ipsum Consulem. Hæc te invitent & omnino convincant. Et *qui anno* [*proximo*] *legati fuerunt* à Senatu, te virum insignem, & senatoriâ dignitate meritò insignitum iri prædicant.

[Proximus,] *alicui* *sæpe dicitur*, *& subintelligit à, vel post*, Cic. pro Cluent.

[*Proximus*] *interdum assumit* [*à*] Præpositionem, Cic. in Orat.

[*Proximus*] *interdum assumit* [*post*], Cic. 1. Offic.

[*Proximus*] *proximè antecedens*, Cic. pro lege Manilia.

I. Quid de Manlio fertur?

L. Quid [*proximo*] *quid* [*superiore*] *anno egerit*, non sanè novi.

[Proximus,] *interdum confertur cum* [*superiore,*] *ut superior sit qui fuit ante proximus*, Cic. 1. Catil.

I. Quò te recepisti & ante & postquam Romæ te visitarim?

L.

[*Proximus superior*] *alias coniunguntur*, Cic. l.1. ep.9.
[*Proximus inferior*] ut supra, Cic.2. de Nat. Deorum.

L. [*Proximis superioribus*] *diebus* contuli me in Tusculanum. [*Proximis inferioribus*] *diebus* me tenuit Perugia, ubi Themistocles quamplurimis insignitur laudibus: ferunt *scilicet id agi*, utrum hac *petitione ultimò* ab iis *Senatui commendatâ an* [*proximâ*] *Prætor fiat*.

[*Proximus*] *non solum ad præteritum tempus refertur, sæpe etiam ad futurum, ut proximè insequens aut consecuturam declaret*, Cic lib. ep. 1. Offic.

L. *Ad hanc rationem* illius dotes *vim maximam habent, fortunæ* [*proximam.*]

[*Proximus*] *interdum refertur ad ordinem*, Cic.

Dialogus 81.

Memnon. Nestor.

[*proximus*] *alicuius interdum dicitur, qui cognatione cum proximè attingit.* Namque proximi conjunctiores sunt quam propinqui, Cic. de Amicitia.
[*Proximè,*] *etiam est prope*, ex quo facta est, accusandi casum interdum habet, Cic. l.5. ep.2.
[*Proximè,*] *interdum usurpatur pro maximè*, Cic. l.12. ep.24.

M. SEnatoriâ dignitate insignitus est Augustinus.

N. In virum quidem magnum evectus est profectò, illius propinqui, immo [*proximi*] pauperes & admodum egeni fuere. At quando hoc tibi relatum est?

M. *Cum* [*proximè*] *Romam veni*.

N. Hominum merita dignitatibus muniri & adornari aliquando gaudeo.

M. *Velim tibi persuadeas me huic tuæ virtuti* [*proximè*] *accedere*: [*proximè*] *ad*

ad sensum veterum, non hunc qui nunc increbuit, videris accedere, qui his temporibus nisi sanguine nobiles sint qui dotantur, omnes vilipendunt, omnes inquam præter stemmate nobiles repudiant, super hac re duos diversis temporibus conveni, quendam [*proximè*] qui hanc sententiam totis viribus astruere conatus est, [*proximè*] *superiori die* cum alio ejusdem opinionis verba feci, fermè hominum genus perperam fallitur.

[*Proxime*,] *ipso novissime, nuperrime, aut ultimo loco*, Cic l. 5. ep. 5 [*Proxime*] *superior*, Cic. de Nat. Deorum.

N. Verum dicis, *sapientissimus est, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem*, [*proximè*] *accedit qui alterius bene inventis obtemperat*, nec utique suis ad hæret hallucinationibus.

[*Proxime*] *in ordine*, Cic. in Brut.

M. Robertum in studia nimis incumbere audio, ex quibus illi sanitas valdè periclitatur.

N. At *non possum, non aut* [*proximè atque*] *ille, aut etiam æquè laborare.*

[*Proxime atque*] Cic. lib. 9. ep. 13.

M. Caveas tibi.

N. [*Propter*] *eam causam* cautus futurus sum in posterum: immo & tu potissimum nimias lucubrationes declines, [*propter*] *imbecillitatem* constitutionis tuæ. Multum enim infirmitatis ob studia tibi hinc conflare & accumulare poteris.

[*Propter*] *plerumque causam efficientem declarat, aliquando finalem*, Cic. in Brut. [*Propter*] ut supra. Cic. pro Rosc. Am.

Dialogus

Dialogus 82.

Ortelius, Pomponius.

O. QVî fit quod in Philoſophiæ ſtudia tam intentus ſis, utpote quæ merè contemplativum quiddam eſſe videtur, & jam hiſce temporibus vilipenſum, & eo magis, cum divitiæ per hæc minus acquirantur.

[*Propter*] ut ſupra, Cic. 1. de Fin.
[*Propterea*,] ex propter & ea factum eſſe apparet, *uſurpatur pro idcirco*, & *fere cum* [*quod*] *vel ut* inveniтur, Cic. l. 5. ep. 18.

P. *Virtus per ſe &* [*propter*] *ſe expetenda*, [*propterea quod*] ita fit ut ipſe hanc amplectar. Inter terrena enim, quid penè dixerim divinius excogitari poteſt, ne quidem inveniri? An noviſſe rerum cauſas parum tibi eſſe videtur, quas qui omnino ignoraverit, is merito inter ſtupidos annumerandus venit?

O. At enim cur alios hac ſcientiâ minimè imbutos parvi ducere videris?

[*Propterea*] *cum* [*ut*] Cic. l. 13. ep. 6.

P. [*Propterea*] *dixi* [*ut*] *me non ſine cauſa laborare intelligeres.* Deinde liberiùs ut ad hæc ſtudia te incitarem magis, quippe quæ nobiliſſima cum ea ſint. Poſtremò, cum illos qui ſpernant contemptui habeam; non potui non attentionem in eam, & acquiſitionem ejuſdem laudibus efferre. Hæc ſtudia ingenium acuunt. Sublimia ſunt illius ſubjecta. Paucis me verbis exprimere nullatenus poſſum, ne tempus mihi nimis præripiatur.

O.

Ortelius. *Quam expedita* sunt tuæ invitationes [*quà*] sermone [*quà*] praxi, ut [*quacunque*] *ingrederis*, doctrinarum, immò & exemplorum *Vestigia ponis* insignia quædam. Ipse litibus jam irretitus sum totus, nec ad quem Patronum, peritum æquè & justum recurram ullatenus sciam.

P. Novi hominem, videlicet Lucullum, qui & Peritiâ, & Praxi, & Authoritate & Pietate nulli secundus est: & is unus est ex intimis meis amicis.

O. [*Quandoquidem*] *tu istum tantopere laudas*, *velim* ut quamprimum Causæ meæ statum illi clarè aperire facultas mihi detur. [*Quanquam*] *egregios Advocatos habemus* [*sed*] paucos patronos qui Officio rectè funguntur suo. [*Quanquam*] omnia ijs doctè referentur, [*sed*] eorum Ignorantiâ & Negligentiâ, Causarum Successus debitum finem non adipiscitur. [*Quanquam*] Causa justa sit, & Legisperiti mentem sua de re tractanda clarè aperuerint, [*sed tamen*] aut non intelligunt aut saltem negligunt.

P. [*Quanquam*] *tua quidem causa ut debeo* omnia præstarem Officia, [*sed certè*] ni iste sit tibi qui subveniat, nihil potero esse tibi adminiculo. Spero autem illum jam Negotijs non nimis præpeditum esse. Et [*quanquam*] tuam causam *non sane intelligo* [*veruntamen*] instrui

[*Qua*] propriè est per quem locum, ut planum est. *sæpe tamen est iteratum ut significet, tum, tum.* Cic. Att. l. 9.

[*Quacunque*] est, per quemcunque locum illud translatum. Cic lib 5. de Fin.

Quando propriè est quo tempore.
Quando & [quandoquidem] pro quoniam. Cic in Brut.

Admonitio.

Frequentius in oratione soluta usurpatur *Quoniam.*

[*Quanquam*] *plerunque quidem tamen adsciscit, quod exempla passim docent, veruntamen iteratum assumit* [*sed*] Cic lib. 12. Ep. 1.

[*Quanquam*] cum [*sed*] *ut supr.* Cic. l. 13. Ep 52.

[*Quanquā*] cum [*sed tamen*] Cic. 3. de Orat

[*Quanquam*] cum [*veruntamē*] Cic. lib. 5 Ep. 2.

cuperem, ut eandem planè aperiam. [*Quanquam*] ex longo itinere *admodum sum jam defatigatus* hæc relinquamus in aliud tempus. O. Fiat.

[*Quanquam*] *interdum absolutè ponitur*: nimirum quia ad dicta magis respicit quã ad ea quæ dicenda sunt C. lib. 12. Ep. 25.

Dialogus 83.

Rullus, Siberinus.

R. TUa causa in magno quidem versatur periculo; Potens enim est adversarius tuus.

S. [*Quàm velit*] *sit potens.*

R. Audivi illum *majorem pecuniam* judici *pollicitum* fuisse [*quam quantum*] *tu dedisti.*

S. Hæc sunt altiora [*quam ut*] *humi stratus* facere possim. *Nihil est admirabilius* [*quam quomodo*] *illi* ita sit mutatus, cum antehac, ob singularem illius candorem miris quidem laudibus passim efferreretur. [*Quando*] autem fient Comitia? Rullus. Brevi.

S. Equidem te ullatenus adjuvare cuperem. Nihil mihi solennius est magis, quàm aliorum necessitatibus subvenire aliquando. R. [*Quando*] *te id video desiderare.* Quandoquidem hæc amici officia *tantopere laudes* & affectes, *vellem* ut mihi consulas, & quosdam è primis mihi patronos concilias.

[*Quam*] *cum verbo* [*volo*], *usurpatur pro Quantum.* Ci. pro Cæl. [*Quam*] *in comparatione sæpè assumit* [*Quantum*] Ci. 4. Ver. [*Quam*] *interdum jungitur cum quod*, vel [*ut*] Cic. 3. de Orat. [*Quam*] *cum* [*quomodo*]. Cic. de Senec. [*Quando*] *proprie est quo tempore.* Cic. 1. de Orat.

[*Quando*] & *quandoquidem*, pro quoniam Cic. de Senec.

S. *Hieroni-*

S. *Hieronimum* & *Campegium* tibi commendo. *Campegius* doctrinâ quidem non valet, at ingenio; at longa experientiâ & diligentiâ alteri Calcar esse potest: quoad doctrinam, [*qualiscunque*] is est, illius tamen utere subsidio. Cras plura super his tibi communicabo. R. Multa de Sagunti vitijs passim sparguntur.

[*Qualiscunque*] ex quali factum, plerumq; ejus vim extenuat. Cic. Att. 14.

S. [*Qualescunque*] *summi civitatis viri sunt*, [*talis*] *est civitas*: Magnates enim ipsi iniqui sunt. Quàm tu Pietatem colis, tàm illi à Pietate alieni. [*Quamdiu*] inter illas *mansit* antiquorum *imitatio*, [*tamdiu*] floruit illa civitas, & alijs ejusdem temporis fuit exemplari.

[*Qualiscunq;*] *interdum refertur ad* [*talis.*] Cic. 3. de legibus

[*Quamdiu*] *cum* [*tamdiu.*] Cic. 2. de Orat.

R. [*Quampridem*] hæc de Sagunto circumferuntur passim?

[*Quampridem*] Terent. Eun.

S. Iamdiu. R. An non è Saguntinis unus est cujus Virtutes & Doctrinam [*quam*] *magni æstimas*?

[*Quam*] *cum positivo & interrogatione junctum significat valde.* Cic. Att. lib. 7.

S. Immò profectò illum imitantur utique. R. Si autem de illius doctrinâ sermo sit, an [*quam multa*] [*quam paucis*] potest tradere.

S. Expeditiùs nemo mortalium.

R. *An est* mi Amice, *quod ego malim* [*quam*] *me* [*doctissimum*] esse? [*Quam*] *vellem ut* studia juventute mea seriò prosequutus essem.

S. [*Quam*] *non est facilis virtus*, si illam insequimur & colimus? De quibus

[*Quam*] *cum* [*superlativo*] *astutissimum*. Cic. Partit.

[*Quam*] *Optantis*. Cic. 3. de Finib.

[*Quam*] *admirantis*. Cic. Att. lib. 7. Ep. 1.

quibus aliàs tecum verba feci.

R. Immò, & clarè, & [*quam brevissime potuisti*] & quid sit scientia, & sui contraria *exposuisti*.

[Quam] cum [*possum* & *superlativo*] Cic. 1 de Div.

Dialogus 84.

Teresius. Verdunus.

T. QVosdamme consultum misisti, qui si tandem plene me intellexissent, [*Quamvis*] prima facie parum ad causam loqui viderer, ad eorum [*tamen*] commodum me loquutum fuisse facile perspexissent. [*Quamvis*] pauca dixi, [*attamen*] in eorum finem egregiè. Antequam opinionem meam exposuerim, seriò meditatus sum: hujusmodi homines ad me dehinc transferri nollem. Tu, [*quamvis*] *non fuisti impulsor suasor* [*certè*] *fuisti*. Hominum conditiones dehinc te observare velim, stolidi fuere ii. Vt plurimum [*quamvis*] prudens es, jam tamen errare videris.

V. [*Quantum*] *quidem ego intellexi* viri sani judicii habebantur. Hujusmodi *profecto* [*quantum*] esset [*in me*] opem tulissem, & [*quantum*] hæc prævideri [*potuissent*] attendi. Iam autem *quid*

[*Quamvis*] *non tam significat quamquam*, apud Ciceronem, *quam etiamsi: assumit autē* [*tamen*] *attamen, attamen, certè*, Cic. lib. 7 Ep. 3.

Quamvis] ut supra, cum [*attamen*. Cic. 2. Phil.

[*Quamvis*] cum [*certe*] ut supra Cic. Att. lib. 16. Ep. 16.

[Quamvis] *sæpissime nominibus & adverbiis junctum, pro quantumvis* ponitur Cic. Att lib. 12.

[*Quantum*], & *quantopere adverbia, sæpe absolute ponuntur*. Cic. lib. 6 Ep. 11.

[Quantum in me] *inest, in ipso est, hoc pertinet*. Cic. ad Q. Fr. l. 1 Ep. 1.

[*Quantum*] *sæpe jungitur cum verbo* [*possum*. [Cic. in Pis.

quid facere, & [*quantulum*] *judicare* nescio.

T. Ex eo quod dixi; [*quantulumcunq;*] *id est*, de causa, & me judicare *potuisset* eorum *quisque*.

V. Hominum ignorantiæ connive-as parum, & [*quantum*] *me diligis* [*tantum*] *adhibe diligentia* in hujusmodi charitatem promovendam, omnes quos tibi commendavi, & me una quam plurimum devincies.

T. Accedant, & me iterum consulant. Tui gratiâ omnia faciam. [*Quantum*] *tibi omnes debebunt, quominus* [*tantundem*] *ego unus* tibi debeam non inficias eo. *Dici non potest* [*quantopere*] *gaudeo* quod te in omnia officia peragenda mihi in amicum habeam. Vt [*quasi*] *aurum igne sic* tu mihi probaris, *sic te reponam* [*quasi*] omni honore dignum. [*Quasi*] *tua* essent negotia, [*ita*] in mea semper laborasti. Deinde hac in re mihi pergratissimum feceris.

[*Quantuli*] & *quantulacunque inextenuatione serviam*. Cic. 5. Ver.

[*Quantulacunque*] *apertius extenuat*. Cic. 2. de Orat.

[*Quantum*] *interdum assumit* [*tantum.*] Cic lib. 16. Ep. 4.

[*Quantum*] *interdum assumit* [*tantundem.*] Cic l. 13 Ep. 11.

[*Quantopere*] refertur ad tantopere, et *quantum aut quam significat* Cic. At. l 14.

[*Quasi*] adverbium est similitudinis, & *significat tanquam* vel *sicut* Cic. 5. Tusc.

[*quasi*] *cum* [*ita*] Cic. pro Quinti.

Dialogus 85.

Ammonius. Belerius.

A. HEri inter quosdam congerrones ipse quidẽ Græcatus sum.

[*Quatenus*] *est ad quem terminum*; cui respondit eatenus Cic. in Orat.

[*Quatenus*] *ad tempus refertur*. Cic. 14. Phil.
[*Quatenus*] *interdum usurpatur pro qua ex parte*. Cic. lib. 1. Ep. 2.

[*Quemadmodum*] *factum ex tribus verbis, quem, ad, modum: idem est quod quomodo*. Cic. Att. lib. 7. Ep. 24.
[*Quemadmodum*] *interdum assumit*, [*sic*] Cic. ad Q. Fr. l. 2. Ep. 1.

[*Quemadmodum*] *interdum assumit* [*ita*] Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Ep. 14.
[*Quemadmodum*] *cum* [*sed*] Cic. 3. Ver.

B. *In omni* hujusmodi sodalitate *videndum est* [*Quatenus*] *etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quam parum*. Sunt quidam qui absque gravi sanitatis dispendio multum potare possunt.

A. Multum quidem ipse bibi.

B. Te à nimio non potuisti cohibere.

A. *Quibus auspiciis* potuit me quispiam abducere [*quatenus*] omnes prælibationes fuissent exhaustæ. Quidam veniam petiit ut discederet [*Quatenus*] *de* negotiis unicuique *assensum est* discedere, & ad libitum, Ego autem ab omnibus id genus liber fui [*Quemadmodum*] *ceciderunt* hæc alias narrabo.

B. Quid de Prælio inter *Tillium*, & Suecorum Regem.

A. Victus est *Tillius*, ut [*quemadmodum*] *Gubernatores optimi vim tempestatis*, [*sic*] *ille Fortunæ impetum superare non potuerit*.

B. Iam jam mihi discedendum est. Prius te rogatum velim, ne unquam Amicitia tua mihi deficiat.

A. Ne plura. Tibi multis nominibus obstrictus sum.

B. *Tu* [*quemadmodum*] *me censes oportere esse*, [*ita*] *& esse & fore scias. Nunquam laboro* [*quemadmodum*] explicem quod *dico* [*sed*] *quemadmodum* me probent facta.

Dialog.

Dialogus 86.

Cerillus. Desspauterius.

C. [QVis] *clarior* Florentijs est Gabinio? [*Quis*] doctior? [*Quis*] miles expertus magis? Prælio cum Senensibus concertavit? tanto consilio, vigilantia tanta usus est, ut illos hoc eodem uno Prælio fudit & destruxit. Iam hoc [*Quis*] *tum fuit Syracusis* [*qui*] *non audierit* de egregio isto illius certamine, magnanimitate quidem, una cum dexteritate perfuncto?

[*Quis*] *inseruit interrogationi vel dubitationi.* Cic. de Amic.

[Quis] *interdum assumus* [*qui*] Cic. 7. Ver.

D. Nulli dubium quin ipse, præ omnibus illius Civitatis viris palmam facile mereri dicatur. Relictis his. Facetum quiddam tibi narrabo. Concertarunt viri duo, qui sese mutuos de latrocinio accusarunt. Satellites, excubiis præpositi, utrumque coram *Rodulpho* steterunt, Qui hæc verba statim protulit. *Consideremus* [*quis quem*] *fraudasse dicatur*. Equuleo compulsi, fassus est quisque se vi conatum fuisse alteri bona surripere. Mirum mihi visum est Iudicem potuisse quamprimum quid rei esset subolere.

[*Quis, qui*] hac specie videtur. Cic.

C. *Diligenter* [*qui*] *Vir ille fuerit considerabit*, illum è dicæarchis unum facile

[*Qui*] *interdum pro quis usurpatur.* Cic. pro Marc.

facile Principem esse deprehendet. Nec is est qui de se gloriatur. Verbo dictum sit, causis discernendis æquè & judicandis *illum eum esse puto* [*qui*] *esse debet*, quippe, qui & bonus & sagax. [*Si quis*] coram illo quempiam adducit; omnes circumstantias magnâ & solerti quidem attentione perpendit. [*Nisi quis*] admodum callidus sit, præ vulgari saltem hominum conditione cautus quem examinat, illi statim aperta sunt omnia. [*Ne quis*] conscius sit unquam ausus coram se suas causas agere.

D. Te hinc Parisios brevi discessurum accepi, ad studia plenius promovenda: quàm rectè quidem tibi consulis; Academia enim hæc omni Scientiarum genere floret. *Sic* Doctrinâ *ad nos confirmatus revertere, ut* [*quam*] *expectationem tui concitasti,* [*hanc*] *sustinere & tueri possis.* Macte virtute, O tu magnæ spe juvenis. Dum absfueris [*quæ*] *ad te pertinere arbitrabor,* [*ea*] *mea sponte faciam.* In has Lucubrationes strenuè incumbas, ut [*quod*] omni ævo aliis & decori & honori fuerit, [*idem*] sit & tibi.

C. *Quæso* [*quid*] *tu* [*hominis*] *es?* [*Quid animi*] *es?* [*Quid rei*] videris jam effundere? [*Quid*] tantum laboramus studia? [*Quid ita*] loqueris? [*Quid est quod*] tot tantosque subimus labores? An non objectum Honos est, &

[*Qui*] *pro qualis.* Cic. At. l. leg. pronomen, is.
[*Quis*] *quoties antecedit* [*si*] *nisi, ne, pro aliquis, eleganter dici solet.* Cic. 2. Phil.

[*Quis*] *antecedente* [*nisi*] *pro aliquis.* Cic. At. l. 1 Ep. 11.
[*Quis, antecedente* [*ne*] *pro aliquis.* Ci. l. 1. Off.
Qui, quæ, quod, eleganter præponitur, subjicitur autem hic, vel is, ut [*quem bonis*] Cic. l. 2. Ep. 1.
Quæ] *eleganter præponitur si subjicitur* [*ea*]. Cic. l. 6. Ep. 8.
[*Qui*] *interdum subjicitur* [*idem*] aut nonnullis vocibus interjectis, ut etiam proxime. Cic. l. 2. Ep.
[*Quid hominis*] *pro qui homo ... eleganter dicitur.* Ter. Heaut.
[*Quid animi*] Ter. Merc. [*quid rei*] Ter. Eun.
Quid sæpè ponitur pro [illegible]. Ter. Heaut.
Quid ita] *pro cur ita.* Cic. de Nat. deor.
[*Quid est*] *interdum jungitur cum* [*quod*] [illegible] Ter. Eunuch.

& Scientia per se, & propter se expetibilis. Nec [*quid est*] *cur verear* ne Doctrinarum perfectionem mihi aliquando adsciscam. [*Quid est quamobrem*] deterrentur alii? eorum stupiditas, & ut plurimum socordia causa est.

[*Quid est*] *cum* [*cur*] Cic. 1. de Fin.
[*Quid est*] *cum* [*quamobrem*. Cic. pro Clu.

Dialogus 87.

Ennius. Fontanus.

E. Causamne Bembi audivisti? F. Quid ni non?

E. *Testes* [*quid*] *aiunt*?

F. Parum, aut nihil ad rem. [*Quid si*] illi adversentur? E. Quomodo? [*Quid quod*] Procurator ille adfuit Abulus? Quid Aulus? [*quod*] tamen nihil factum est.

F. Multa proloquuti sunt quidem. [*Quid loquar?*] *[*Quid dicam?*] Convicti sunt.

E. * [*Quid quod*] si ista vera sunt ratio omnis tollitur.

*F. [*Quid quod*] justitia omnis deperditur? [*Quid quod*] causa clara sit? [*Quid quod*] agitata fuerit alias, & in Bembi partem judicata, jam tandem per appellationes in aliorum arbitria translata, aliter decernatur.

[*Quid*] *& quid si interrogantis, & instantis saepe est*. Cic. pro Caec.
[*Quid si*] Cic. ad Q. Fr. l. 1 ep. 2.
[*Quid quod*] *nonnunquam saepius iteratur*. Cic 1 de Nat. Deo.
[*Quid loquar*] *quid dicam, usum habens in reticentia*. Cic. 3. Ver.
* [*Quid dicam*] ut supr. Cic. 2. de Nat. Deor.
* [*Quid*] interdum assumit [*quod*] *vehementius instandi gratiâ*. Cic. 4. Acad.
[*Quid quod*] *nonnunquam saepius iteratur*. Cic. 1. de Nat. Deor.

E. Me

E. Me rectè apprehendis. [*Quid enim*? Summa iniustitia sæpe plures perdurat dies. [*Quid*] autem de comitiis [*loquar*]? De his [*quid dicam*]? Cavebo mihi. [*quid quæret*] quisque judex? [*quid multa*]? Quid verbis opus est? [*quod*] ad hanc Causam attinet ab aliis accipias, ipse enim in hac re libenter ne quicquam refero.

[*Quid*] *aliquando adjicitur* [*enim*] Cic. 2, de Fin.
[*Quid loquar*, *in reti. centia usum habet.* Cic. 3. Ver.
[*Quid dicam*] ut supra Cic. 1. de Nat. Deor
[*Quid quæris*] : *quid multa eleganter dicimus, cum rem in pauca constringimus* ; *pro quid plura*. Cic. Att. l. 7
[*Quid multa*] ut supra, Cic. lib. 1. Ep. 9. [*Quod*] *nonnunquam significat quantum*, Cic. 4. Ver. *Admonitio*, Non dicitur Latine, Quoad hoc, Quoad illud; sed Quod ad hoc spectat, quod ad illud attinet.

F. [*Quod*] tamen tantum mihi retuleris gratias ago. At liceti causam a te cuperem narrari, non sine ratione, & illa quidem gravi, motus. [*Quod*] *te per genium tuum obsecro*, ut illius motum à principio ad finem usque mihi quam lucidissime aperias.

E. [*Id*] *mihi accidit incommodum* [*quod*] jam tibi non potero planè satisfacere.

F. Hac ut saltem alio tempore te hæc narrantem audiam.

E. [*Nihil est quod*] me invites, at ad iter mihi jam accingendum esset. Novi mihi nunc habitatio adsciscitur.

F. In loci mutationem [*quod*] *te des* [*nihil est.*] *Qui enim beatior* tu [*quod*] es hic, quam alius [*quod*] alibi?

[*Quod*] *in principiis, pro quantum ad id quod frequentissimum.* Cic. Att. lib. 1. Ep. 3.
[*Quod*] *nonnunquam, tanquam adverbium, usurpatur pro propter quod* Teren Andr.
[*Quod*] *conjunctio cum antecedis hoc, illud, id, aut aliquid ejusmodi, eleganter subiicitur.* Cic. pro Quinc.
Quod frequentissimè loquitur cum nihil est, ut [*Nihil est quod*] Cic. in Pis.
[*Quod nihil est*] ut supra. Cic. l. 14. ep.
[*Quod*] pro [*quia*] notius est quam ut exemplis illustrandum esse videatur, *gaudeo* *nimirum etiam indicandi modo*, Cic. 5. Tusc.

Dialog

Dialogus 88.

Gamaliel, Hondius.

G. Quid in tua causa decisum est? H. In me à foro judiciali decretum est.

G. Quid ita? An [*quod*] pauci testes aderant, [*eò*] contra te judicium tulerunt? H. Maximè, rectè hariolaris, nec se aliter potuisse fecisse astruxerunt.

[*Quod*] *interdum adjiscit* [*eo*] *pro idcirco.* Cic. 3. Ver.

G. Quid autem fecit causidicus tuus; an ipse tuam causam oscitanter egerit?

H. Attentus admodum fuit. [*Quod si*] unquam quispiam sollicitè & prudenter quidquam tractâret, ille [*certè*] idem unus est. Hæc judicum verba fuerunt: [*quod si*] nihil suâ negligentiâ accidit plures adessent testes, dicant quicquid velint, [*professò*] ita fecissent. [*Quod si*] ipsi centies moverentur, [*tamen*] me obrui vellent. G. [*quod si*] *esses eâ perfidiâ, qua sunt ii qui in te hæc contulerunt* [*tamen*] *ea stultitiâ certè non fuisses*, ac ii qui nimis apertè suas injurias unicuique demonstrârunt.

[*Quod si*] *sæpè assumit* [*certo*] Cic. At. l. 1. ep. 14.

[*Quod si*] *sæpe assumit* [*professò*] Cic. At. l. 10.

[*Quod si*] *alias adsciscit* [*tamen*] Cic pro *Arc.*

[*Quod si*] *alias adsciscit* [*tamen certe*]. Cic. l. 3. Ep. 10

H. Cave ne ullibi de Iudicum injustitia verba facias; fieri enim potest inde te castigatum iri.

G. Plene cautus sum ipse: Novi quem alloquor: quosdam sanè in amicos

Etsi [quicum] usitatius est tamen quocum, inusitatum non est; utrumque autem usurpatur pro cum quo, quod usitatum non est. Cic. lib.4. Ep.1.

cos habeo, at *nemo est omnium [quicum] potius mihi quam tecum communicandum putem.*

H. An *Richardus* ita in studia addictus est ut Senatoriam Praxin dereliquerit? G. Immò sanè, & *sic* jam *literis sustentatur* ut *recreatur*, adeo *ut malit in illa sedula quam tenet sedere quam in Sella Senatoria*, immo & quam vivere cum eo, [*quocum*] insigni quamvis, sæpè versabatur.

[Quocum] pro cum quo quod usitatum non est. Cic. At. l.4. Ep.9.

[Quicunq;] idem est quisquis, sed ejus usus latius patet. Cic. l.1. ad Q. Fr. Ep.1.

[Quicunq;] sæpè invenitur, & usurpatur pro qualiscunq; Cic. in Orat.

[Quicunq;] alias auget, ut sit quantuscunq; Cic pro Cæl.

[Quicquid] adsciscit [id] idem, id totum. Cic. de Amic.

[Quicquid] cum [idem] Plaut. Menech.

[Quicquid] cum [id totum] Cic. l.10. ep. 5.

[Quicquid] cum [omne id] Teren. Phorm.

H. Qui fit quod alii aliter prædicârunt. G. [*Quoscunq;*] de illo aliter referentes *audivi, omni ratione* & testimoniis placavi. *Orator si modo est qui aliter sentierit*, aut etiam [*quicunq;*] est, illi tamen verbis satisfieri volo. [*Quæcunque*] in Senatu *dignitas esse potest* ei meritò debetur. [*Quicquid*] in Senatu rectè processit, [*id*] illius Doctrinâ, Prudentiâ, & Iustitiâ, cum aderat, factum est, [*Quicquid*] ipse dixit [*idem*,] [*Quicquid*] audieris illis *difficillimis reipublicæ* temporibus consultiùs fieri [*id totum*] illi ascribendum. [*Quicquid*] subditis oppressis *præter spem evenit* [*omne id*] in illius justitiâ, prudentiâ, & sollicitudine deputes.

Dialogus

Dialogus 89.

Illiricus, Lindanus.

I. NVllum tu alias, nec jam in pietatem colendam intermisisti diem.

L. Tanti non sum, nec fuerim unquam: *Benè vixisse videar* [*quia*] *cum Scipione vixerim:* attamen temporis amissi mihi ipsi conscius sum: [*quoniam*] de pietate lucubrationes quædam meæ extant, hinc est quod multi me devotissimum prædicant. I. Fuistine proximè Siennæ? L. Minimè.

I. [*Quia*] audiveram *te proficisci, cogitare* [*eo*] *te abesse a civitate hac censebam,* [*quia*] te non vidi, [*idcirco*] in hanc opinionem facilimè descendi, & [*quia*] confidi, mihiq; persuasi te longe non á me moraturum, [*ideo*] te illud iter in te suscipisse credebam. Si negotia, & illa gravissima, me non impedivissent, te invisissem utique. Deinde, [*quia*] *animadverti studiose* te impedimentis nonnullis detentum esse, propterea non dubitavi tamdiu abesse. [*quidam*] mihi retulit te mihi succensuisse quod tamdiu me non videris. [*Certus quidam*] quod tu me omninò mortuum esse existimabas. L. Fabulas tibi narrárũt uterque

[Quia] *causam reddit plerumque & respicit* quare. Cic de Sen.

[Quoniam] *plerumque rei statum aut conditionem declarat, & est idē quod siquidem*, vel *quando*, seu *quandoquidem*. Cic. 1 de Legibus

[Quia *interdum præponitur, & cum* [eo] *idcirco, ideo, propterea* jungitur. Cic. At l. 10. Ep. 15.

[Quia] *cum* [*idcirco*] ut supr. Ci. l. 12. ep. 21.

[Quia] cum [*ideo*, ut supra Cic l. 13. ep. 7.

[Quia] cum [*propterea*] ut supr Ci. l. 12 Ep. 12

[Quidam] *certum hominem aut rem declarat* Cic pro Cluen.

[Certus] *magis significandi gratia adjungitur cum quidam ut* [*Certus quidam*] Cic. de Orat.

uterque. Certò scias *quoniam tibi incredibilem* [*quendam*] cultum *debeam* me nunquam tibi ullo amici officio defuturum. [*Major*] *est* [*quadam*] obstrictio à me tibi quam quod verbis exprimam, & velim noveris animum meum non esse [*cujusmodi*] sunt aliorum passim, quippe qui singulis horis, quid in amicorum & in tui gratiam præsertim præstem meditor. [*Cyrus quidam*] horum verborum Author fuit, & ego animum his cādidè aperio. [*Ego quidē*] te valde colo

[*Quidem*] *sæpe vim atque emphasin addit, significatq; rem tantam esse, ut verbis exprimi non possit.* Cic. l. 1. ep. 9.
[*Maior quidam.* Cic 2 Agr.
[*Cuiusmodi.*] Cic. 5 de Fin.
[*Quidam*] *cum Nominibus propriis eleganter iungitur in principiis.* Cic. de Sen.

L. *Non satis prudenter* fuerunt [*illa quidem*] tibi relata, & de Bile mea in te, & de morte mea. Nullis enim fundamentis innitebantur.

[*Quidem*] *sæpius Pronominibus iungitur absolute, sed in fine magis, aut in medio, quam in principio.* Cic. 1. Phil.

Dialogus 90.

Münsterus. Nimbus.

M. PVblius se Catullum dignitate longè præcedere contendit. Cui alter respondit *Superior* [*quidem*] fuisti aliquando; [*sed*] ex novis in me beneficiis meritò collatis, *parem me tibi esse factum* non sine ratione crediderim. N. *Publius* elati animi homo mihi esse videtur, *illud* [*quidem*] de se gloriatur, & de illius dignitate concertabat; [*sed tamen*] vera protulit. M. Rectè dictum est *illud* [*quidem veruntamen*]

[*Quidem*, *plerumq; assumit* [*sed*] *sed tamen*, *veruntamen*, *aut* aliquid ejusmodi. Cic. lib. 1. ep. 7.
[*Quidem*] *cum* [*sed tamen*[*ut supra*, Cic. li. 6 Ep. 2.
[*Quidem*] *cum* [*veruntamen*] ut supra. Cic. Att. l. 6, ep. 2.

men] illi nulla id genus occasio oblata fuit. N Cur, cum ruri ageres, nihil literarum ad me dedisti. Deinde an omnia tua, ibi fuere secunda.

M. Maximè, & valdè propitia. *Qui ut summa haberem cætera*, temporis [*quidem certè*] *vix satis habui*, ut tibi, & reliquis amicis planè satisfacerem.

N. Vbinam gentium versatur Ieronimus? M. Romæ. N. Fieri non potest, cum alibi fuerit ille quamplurimis irretitus negotiis. M. Recte dicis. Quid autem si, & auspicatò, priusquam illuc venerit se plenè expediverit.

N. Ne plura. Quinimo nunc [*quidem profecto*] *Romæ est. Quæret fortasse* [*quispiam*] quî hæc tam expeditè fierent, illum ad quemcunq; qui hominem novit relegari vellem. M. An grando tibi [*quidpiam*] noxæ attulit?

N. Minimè: [*si cuipiam*] tempestas quidpiam ademerit, cum solum læserit qui præmaturè sementem fecerit. *Cautior* ipse fui [*quam quisquam*] hoc vitæ genus exercentium: nec [*quenquam*] *omnium* tantifacio, *ut* ipsum prudenter fecisse æstimem.

. M. De Hondio quid fertur, an ipse se gessit quidem strenuè?

N. [*Quisquam*] *dubitabit quid?* Et est quisquam qui cum hæc audièrit, & cognorit, illi debitum non est ascripturus encomium? uno verbo, & sese præclarissime

[*Quidem certè*] *pro saltem subiicitur, adhibetur autem cum res dubia antecedit.* Cic. pro Quinct.

[*Quidem profecto*] *vehementius affirmat* Cic Att. lib 6

[*Quispiam*, *incertum aliquem significat* Cic. pro Cluen.

[*Quispiam*] ut supra Cic 3. de Nat. Deor.

[*Quispiam*] ut supra, Cic. pro Quinct.

[*Quisquam*] *occultam quandam augendi vim habet, idemq; pene est ac ullus, ac sæpe in comparatione adhibetur.*

[*Quispiam in comparatione*. Cic. 7. Ver.

[*Quispiam*] ut supra. Cic Att.

[*Quisquam iungitur interdum cum interrogatione*. Cic pro lege Manilia.

rissimè gessit, & passim & ubique laudibus in Cœlum effertur.

M. An non & tetricus & severus est is? N. [*Si quisquam*] *est facilis, hic est.* Et quo est suavior, eo majorem sibi ubique conciliat amicitiam. Non potero quin ut illius ingenium, & in rebus agendis insignem prudentiam valde admirer. Difficillima quæque singulari confidentia in se suscepit.

[*Quisquam*] *alias cum* [*si*] Cic. Att. l. 14.

M. [*Quo*] difficiliora, [*hoc*] præclariora: [*quo*] *difficiliora* faciat, laboret indies. N. [*Quo*] *facilius* hæc *probes* [*idcirco*] ad antiquorum & recentiorum argumenta recurras.

[*Quo hoc*] *quo eo, pro tanto quanto.* Ci. 1. Off. [*quo*] *absolutè, cum comparativis.* Cic. pro leg. Manilia.

[*Quo*] *pro ut, sæpe assumit* [*idcirco.*] Cic. l. 1. At 17.

Dialogus 91.

Omnibonus. Peredus.

O. CVr hinc temet recipisti Rus? P. *Nihil impedit* [*quo minus*] *id quod maximè placeat facere possim.* O. Cur in te *Ieronymi* causam, admodum perplexa cum fuerit ipsa, cum tanti oneris minimè compos sis, suscepisti?

[*Quo minus*] *dicitur pro ut minus, id est, ne; sed fortè certis cum verbis* jungitur. Cic. lib. 1. de Fin.

Pered. [*Quo-minus*] *ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi.*

[*Quo minus*] *sæpè usurpatur pro quanto minus.* Cic pro Quin.

O. [*Non*

O. [*Non quo*] de tua mediocri quadam facultate *dubitem*; [*sed quia*] difficilimum in te sustines. [*Non quo*] de tua sedulitate dubitem, [*sed*] quod opus per magnum in te suscepisti, ut tibi seriò perpendenti appareat. [*Non*] hæc dico [*quo*] ipse melius te hæc subire potuissem, [*sed ut*] hæc tibi memoriæ inculcem.

[*Non quo*] *pro ad quod sæpe adsciscit sed*, [*sed quia*] [*sed quod*] Cic. lib. 12. ep. 17.

[*Non quo, sed*] ut sup. Cic. l. 6. ep 4.

[*Non quo sed ut*] ut supra. Cic. l. 7. ep. 5.

P. [*Quousq:* inquies?

O. [*Quoad*] tibi liquidò oculis tuis subiiciam, te aliis multis parasangis inferiorem esse.

P. Hoc vix, aut ne vix quidem statuendum esset. [*Quoad*] *fui in urbe*, omnes me ob sollicitudinem, legum peritiam, in rebus Prudentiam, plurimi fecerunt.

[*Quoad*] *refertur ad* [*quousque*] *& terminum plerunq; temporis loci, alteriusve rei declarat*. Cic. Att. lib.

[Quoad] *tempus significat*. Cic. 2. Catil.

Admonitio.

Quando hoc, quoad illud, Latine dici non videtur. Sed, quod ad hoc spectat, quoad ad illud pertin t.

O. Ausculta. Facetus aliquando esse volo. Hucusque ironicè dicta velim interpretere tu. Te Rus iterum brevi temet recepturum intellexi.

P. Immò quidem, id certò statui.

O. *Non prætermittes* [*quoad ejus*] *facere poteris scribere ad me*.

[*Quoad*] *interdum adhibetur eius, elegantiæ gratia*. Cic At. l. 10.

P. Quod imperas profectò libentèr præstarem, at [*quomodo*] hæc fieri possint videri liceat, cum Tabellarii minus frequenter ad vos accedunt.

[*Quomodo*] *adverbium* ex quo & modo factum apparet. Ci. pro Rosc.

O. Male narras. [*Quomodo*] *expectabam* à te plures Epistolas aliquando!

[*Quomodo*] *admirantis*. Cic. Att. l. 7. Ep. 2.

P. Equidem frequentes ad te dedi litteras, [*Quomodo*] mihi relatum fuit

[*Quomodo*] *interdum pro ut, vel sicut*. Cic. pro Rosc Ame

te unas, te cæteras accepisse sperabam.

O. At jam, quantum in te situm est, mihi satisfacias, [*Quomodo*] animal sitibundum ad fontes aquarum, [*sic*] ego ad tuas literas.

[*Quomodo*] *alias adsciscit* [*sic*] *vel ita* Cic. 3. de Fin.

P. [*Quo*] *tu me* [*modo*] *vis esse*, [*ita*] quoad vires, futurus sum.

[*Quomodo ita*] *alias adsciscit*, Plaut.

O. Quid de legibus Basileæ novissimè constitutis jam fertur?

P. [*Quomodo nunc*] sunt *pertimescendæ* veniunt, utpote quæ tot ambiguitatibus involutæ, adeo ut quamplurimæ hinc suboriantur necesse sit. Qui autem ibi legis-periti inveniuntur pro ipsis mordicus stant, affirmantes his omnia dubia quæ aliquando occurrant planè determinari. [*Quomodocunque*] suas assertiones probare tentent, illos redarguere non liceat.

[*Quomodo nunc*] *est pro pro ut nunc*. Cic. 2 de Orat.

[*Quomodocunque*] *est quocunque modo*. Cic. 5 de Fin.

O. Quid dicitur de Classe: an nobis denuo bellum minatur?

P. Equidem nescio quid machinetur. Imperatoris jussu *Classem* [*quoqueversus*] demittunt: In vrbis Marsiliæ Portus Obsidione *rates quadruplices* [*quoquoversum*] *pedibus octoginta à regione Portus collocabant*, cum magno obsessorum detrimento.

[*Quoqueversus*, & *quoquo versum*, est *versus* quocunq; *l. cum* Cæsar l. 1. de Bello civili. [*Quoquo versum*] ut supra Cæsar l. 1. de bello civili.

Dialog.

Dialogus 92.

Rhetius. Stanislaus.

R. [*QVorsum*] *id* de quo confabulati sumus alias nos inter nos *casurum esset verebar*. Classis Neapolim appulit, & strenuè illam oppugnat. Milites Navesque parabantur diu. [*Quorsum*] igitur hæc pertinent? An Bellum est nobis iterum sustinendum, & illud quidem exitiosum? Quis futurus esset excitus pertimui.

S. [*Quorsum*] *tandem ista* instat plebs; an non pax prius contracta fuit? ah parvi judicii vulgus!

R. [*Quorsus*] *inquam istuc?* ne illos nimis arguas, pacem enim dissolutam fuisse minimè intellexerunt; nec illi solum temerè peccant, sed etiam & alii altioris gradus homines; qui prima facie de unaquaque re judicium ferre ausi sunt: [*Quocirca*] ii quoquo modo videntur excusari posse. [*Quin*] *taces?* [*Quin*] *contines vocem, judicis tui indicem?*

S. Tibi convenio: *Causa nihil est* [*quin*] dictis assentirem tuis.

[*Quorsum*] & *quorsus* facta sunt ex quo & versus, *pro quo versus*. Cic. Att. lib. 5.

[*Quorsum*] & *quorsus*, *significat ad quem finem*. Cic. de Amic.

[*Quorsum*] ut supra. Cic. l. 1 de legib.

[*Quorsus*] ut supra. Cic. in Brut.

Admonitio.

Quorsus, & rarum est, & redolet antiquitatem. Quorsum, longè usitatius.

[*Quocirca*] videtur quasi circa quod. *Usurpatur* autem *pro quamobrem*: Cic. pro Divin.

[*Quin*] Adverbium, dictum quasi quid non? Itaque *pro cur non usurpari solet cum interrogatiant.* Terent. Andr. [*Quin*] ut supra Cic. pro Rab. Perd. [*Quin*] *interdum usurpatur pro quod non, vel quo minus.* Cic. pro Quinct.

Dialogus 93.

Tribirius. Valerius.

T. CAlamitas gravis quidem, & illa in me miserum novissime supervenit.

V. [*Non dubito*] [*quin*] *æquissimo animo* hanc pertuleris.

T. *Equidem nihil* [*prætermissi*] *quantum facere potui* [*quin*] me à nimia istius meditatione avocarem, & pænè ut videris confidere omnem tristitiam seposui. Mæstitiæ causam brevibus accipe, navem divitiis onustam, perdidi. Omnis Mæror à me longe discedat.

V. Cur jamdiu ad me nullas dedisti literas ?

T. Tabellarii reprehendendi sunt. Frequenter enim tibi scripsi. Immo non [*possum quin*] *quotidie ad te* literas mittam. *Te hominem mihi amicissimum & aliquot annos minorem natu* non [*dubito monere*] ut te prius minime perpensa amicum negligentiæ accuses nunquam. *Non* [*dubito quin*] super his verbis me-

[*Quin*] *sæpe iungitur cum verbis, dubito, prætermitto, possum*, & aliis ejusmodi, ut, [*non dubito quin*] Cic. lib. 9. Ep. 1.
[*Quin*] *cum* [*prætermitto*] ut supra. Cic. 2 Phil.

[*Quin*] *cum* [*possum*] Cic. Att. l. 12.

Admonitio.

[*Dubito*] cum significat *audere*., *iungitur cum infinito potius quã cum quin*; at cum significat dubitationem, infinitum respuit apud Oratores, itaque non dicas [*non dubito*] te facturum, sed [*quin*] sis facturus siquidem præcedat negatio, *aliquin adsciscit an, utrum, de, quod*, aut aliquid ejusmodi. [*Dubito*] *cum infinitivo quopiam*, ut [*monere*] in exemplo. Cic. 2. Acad. [*Dubito*] *cum* [*quin*] ut supra. Cic. de Senect.

diteris,

diteris aliquando. *Nemo* amicorum meorum familiarium *fuit* [*quin*] me ad te literas misisse audierit frequentes sane & illas. [*Quin etiam*] *necesse fuit* cum amicitia nostra arctissima semper fuerit. Dixisti [*quippe*] & tu cum aliquando unà essemus. *Fixa & statuta* sit amicitia nostra. Te literas à me non accipisse, totum ipsorum Tabellariorum incuriæ ascribendum est. Hæc quidem pluribus dixerim, *movent* [*quippe*] *me* verba tua; [*quippe*] qui Sinceritatem in te meam vindicarem. V. Cur non aderat *Turnebus* in convivio cum fratre.

[*Quin*] *usurpatur pro qui non, quæ non, quod non* Cic 7. Ver.

Quin interdum usurpatur pro imo.

[*Quin etiam*] *pro imo etiam.* Cic de Amicitia.

[*Quippe*] *idem fere est quod certe, & eodem modo etiam subiicitur aut rejicitur in extremum.* Cic. pro Mur.

[*Quippe*] *per ironiam* Cic. pro Mil.

[*Quippe*] *interdum usurpatur, pro utpote.*

T. Convivia cum fratre non inibat [*quippe qui*] ne in opidum quidem nisi perrarò veniret.

Dialogus 94.

Ammonius. Budeus. Lilius.

A. ALiquis aperite ostium. B. Quid quæris? A. Patronum tuum convenirem. B. Ingredere.

L. [*Quisquis est ille si modo est* aliquis accedat. B. Adolescens quidam est qui paucis te vult.

[*Quisquis*] *est quicunque* Cic. in Brut.

L. [*Quisquis*] is est coram compareat.

[*Quisquis*] ut supr. P].

Quid vis Amice.

B. De horologiis selectissimis te diligentissimè iniquisivisse mihi relatum est, quorum unum mihi jam præ manibus habeo.

A. Annè tu horologiarius es?

B Maximè, multis abhinc annis huic artificio addictus fui, & qui hanc rectè norint, me in eadem prævalere ingenuè fatentur. L. *In quo [quisque] artificio excellit, is in suo genere Roscius dici meretur.* A *Tertio [quoque] verbo* me laudibus ornarunt. L. Et tu in te hæc tanquam vera attributa admisisti?

[Quisque]. idem est quod unusquisque: postponi autem solet pronomini aut nomini. Cic 1. de Orat.

[Quisque] ut supra. Cic. pro Rab.

Admonitio. Cum adest Pronomen, se suus, qui, Tertius, aut aliud ejusmodi, quisque præponi non solet, sed postponi, sic. *[Se quisque] diligit, [Sua quemque] delectant,* ut in exemplo.

A. Maximè, quid ni non? L. Nec mirum certè, *Se [quisque] diligit. Sua [quemque] delectant.* Præcellere est hujusmodi, *quo nihil [in quoque] genere potest esse præstantius,* si tu ex operariis primus es, cur Palma non tibi detur? *[Optimus quisque æquissimo] animo* hac te merito insigniret. Ad hanc tuam perfectionem *[centessimus quisque]* vix pervenit, *[Quotus]* enim *[quisque]* horologiarius est qui horologium in horas rectè indicandas facere potest? *[Centissimus quisque.]* Cras mihi & illud dictum, & alia quæ confecisti huc afferas.

A. Tibi morem geram.

[Quisque,] si nihil tale animvenitur ut supra dictum est, aut ejusmodi, liberius usurpatur. Cic. 1. de Nat. Deor.

[Quisque] sæpe cum duobus superlativis. Cic de Senect.

[Quotus quisque] respicit illum numerum, decimus quisque [centessimus quisque]] Cic. pro planc.

Decimus quisque est unus è decem [Centessimus quisque] unus è centum. Liv lib. 2.

Dialogus.

Dialogus 95.

Ernestus, Feredus.

E. [*QVot*] fuere Medici consultores duci?

F. Decem: [*todidem*] nec plures adnumero.

E. [*Quotus*] erat? *Bernard.* H. Secundus. E. [*Quotus*] autem *Robertus?*

H. Tertius. E. An [*quotusquisque*] eorum doctus? H. Promiscue inter illos evenit. E. *Dic* [*quotus*] *esse velis* si illi consultor iterum fieres. F. Tertius. F. Quoties illi unus è decem consultoribus fuisti tu.

F. [*Toties*] ac tu manum digitos tibi adnumeres. [*Quotiescunque*] Collegarum memoriam mihi recenseo; [*toties*] admiratione quadam videor esse captus propter eorum quorundum audaciam; quippe qui cum omni arte medica vacui essent, his tamen interesse ausi sunt. [*Quoties*] id genus homines admiratus sum, cum eorum dicta apud me recordor. [*Quotiescunque*] me hæc citantem audires in chachinnum profusũ te effunderes. [*Quotidie*] inter collegarum aliquos hæc ut ridicula memorantur. Passim suas ineptias, & [*quotidie magis*] effutire perseverant isti agyrtæ.

E. Quod

[*Quot*] *refertur ad numerum*, cui respondet *tot* vel [*totidem.*] Cic 3. de Orat.

[*Quotus*] *ad numerum ordinandi, primus, secundus, tertius, &c* Ho. lib. 1. Ep. 5.

Quotus] apud Cic. *assumit quisque ut sit* [*quotusquisque*] Cic.

[*Quoties*] ut supra.

[*Quoties*] est quod Barbari dicunt, quot vicibus, & *refertur ad* [*toties*] Cic. l. 1. de Orat.

[*Quotiescunque*] *refertur ad* [*toties*] Cic pro Cluen.

[*Quoties*] *interdum absolutè ponitur.* Cæsar l. 5. de Bel Gall.

[*Quotiescunque*] *interdum absolute ponitur.* Cic. pro Sext.

[*Quotidie*] *est singulis diebus.* Cic. l. 1. de Fin.

[*Quotidie magis*] *quotidie plus, idem quod in dies magis.* Cic. l. 6.

[*Quotidie plus*] ut supra. Cic. ad Q. Fr. li. 3

E. Quod *scripsisti te* à magno Hetruria duce [*quotidie*] *plus diligi immortaliter gavisus sum*. F. De omnibus quæ sive ad me sive ad te spectare videntur, per literas [*quotidie*] *vel potius in singulos dies*, [*longiores*] quidem & illas te [*certiocem*] faciam. Quo animo fratris sui mortem fert illustrissimus Dux.

[*Quotidie*] *etiam iungitur cum aliis comparativis*. Cic. Att. l. 5.

E. Primum quidem illam graviter sustinuit; jam autem illam [*quotidie*] *remissius & moderatius* perfert.

[*Quotidie*] ut supra. Cic. lib. 6. ep.

Diologus. 96.

Galateus. Hasterus.

[*Quousque*] *non solum ad locum, sed sæpius ad tempus refertur*. Cic. pro Catil.
[*Quousque*] ut supra. Cic pro Planc.
[*Reliquum est*] *idem est quod restat cum* [*ut*] *iungitur*. [*Reliquum est*] cum [*Ne*] Cic. ad Q. F. lib. 1. Ep. 1.
[*Reliquum est ut*] Cic. l. 9. Ep. 16.
[*Restat*] *cum* [*ut.*] Cic l. 1. ead.
[*Reliquum est*] *absolute*. Cic. l. 14. Ep.

G. [Q*Vousque*] *tandem abutere patientia mea?*

H. Multa hodie me impediverunt quo minus citius reverti possem.

G. [*quousque*] *ista dices?* acsi hæc à te indies non fierent. Multis tibi quidem super hac re alias animum meum aperui. [*Reliquum est ut*] te serio in tui recipiscentiam iterum admoneã. [*Reliquum*] inquam [*est ne*] *quid dehinc stulte, ne quid temere* facias. Siquidem te posthac perseverare videro, actum est de te. [*Restat ut*] monitis istis ingenuè respondeas. Si aliter feceris, [*reliquum est*]

quod

quod mox hinc te recipias.

H. Quod ipse respondeam jam [*re-relinquitur.*] Brevi equidem mancipium me tibi futurum diligens spondeo. [*Quod reliquum est*] penes te iudicium sit. Hinc [*de reliquo*] si tuo hospitio & gratia me dignum inveneris, ne me deferas; sin aliter, me amandes velim.

G. [*Satis*] est quod dixisti.

[*Relinquitur*] *pro reliquum est nonnunquam usurpatur.* Cic. pro Flac.

[*Quod reliquum est*] *idem est quod de reliquo.* Cic. l. 10. Ep. 10.

[*De reliquo*] Cic. l. 13. ep penultima.

[*Satis*] *absolutè, non est idem quod valde, sed sat est, & sufficit.* Cic. 2 Phil.

Diologus. 97.

Ireneus. Lelius.

I. QVis est ille quem toties, totque encomiis extulisti.

L. Is scientiâ Mathematica insigniter imbutus : *cum Latinis literis tum Græcis* [*satis eruditus* ;] & quod rei caput ; is vir bonus profectò est.

I. [*Satis mirari*] *non queo* aliorum ingenium qui vix unquam, nescio præ quâ invidiâ Doctrinarum attributa aliis dignè ascribunt.

L. *Hunc laudare pro dignitate nemo* [*satis commodè*] *posset.*

I. Cum hæc dixeris tu, [*Satis superque*] *habeo quod* mihi satisfaciat, tuis enim testimoniis, minimis quamvis, plane acquiesco. Cuiusvis alterius verba nullatenus

Admonitio.

Satis, non est idem quod valde, sed quod sat est, et sufficit, & absolutè, & *cum nominibus, & cum verbis,* & Adverbiis invenitur.

[*Satis,*] ut supra *cum nomine.* Cic. in Brut.

[*Satis*] ut supra *cum verbo.* Cic Att. lib. 10

[*Satis*] ut supra *cum adverbio.* Cic. pro Rosc.

[*Satis superq;*] *est satis, & plusquam satis.* Cic. pro Rosc.

nùs me moverent : [*ſcilicet*] tu is es, cujus judicium mihi inſtar omnium eſt.

L. *Id populus curat* [*ſcilicet.*] Sed verbis abſit jactantia. Quamplurimi è optimatibus me magni æſtimant, & me doctum eſſe prædicant. *Nemo dicet* [*ſecus*] mihimet autem *aliter videor. Rectè,* [*ſecus*] penes te, una cum aliis eruditis judicium eſto.

I. Tuum honorem *non* [*ſecus ac*] *meum tueri* volo. Si aliter audivero *non* [*ſecus acſi*] meus eſſes frater te vindicabo. At aliquanto [*ſecus atque*] alii faciunt, qui in aliorum gratiam nimis tepidè ſe gerunt. In ſumma, *mihi erit maxima cura ne quid* dicatur de te [*Secus quam*] dignitas tua fert, quippè qui te apprimè novi. Qui autem fit quod aliàs mihi dixeris te me inveſtigare non potuiſſe. *Si* [*ſecundum*] Plateam Martiam ad me *ire cœpiſſes,* ut alias te docui nou potuiſti me non inveniſſe.

[*Scilicet*] dictum quaſi ſcire licet, *uſurpatur pro certè, aut videlicet.* Cic. l. 10. ep 26.
[*Scilicet*] *per ironiam.* Cic. Att. l. 13. ex Ter.
[*Secus*] *idem eſt quod aliter.* Cic. in Brut.
[*Secus*] *pro malè interdum urgandi vim habet* Cic. poſt reditum.
Sæpe [*ſecus*] *adſciſcit* [*ac*] Cic. pro Planc.
[*Secus*] *ſæpe adſciſcit* [*ac ſi*] Cic. pro Mur.
[*Secus*] *ſæpe adſciſcit* [*atque*] Cic in Orat.
[*Secus*] *ſæpe adſciſcit* [*Quam.*] Cic lib. 6. Ep 2.

Admonitio.

Non ſecus ac, uſurpatur inſequente Conſonante. Non ſecus atque inſequente Vocali; non ſecus quam tum inſequente conſonante, tum inſequente vocali. [*Secundum*] Præpoſitio, à ſecus, vel ſequor ducta eſt. *Propriè autem eſt præter.* Cic. Att. lib. 8.

L. Memoria mihi admodum eſt labilis adeo [*ſecundum*] *hunc diem* vix recordor. I. Omnes ſtudioſi memoſiam ſuam increpant, cum omnes doctrinas obtinendas ſtatim eſſe ſibi perſuadent.

[*Secundum*] *plerumque pro* [illegible] *uſurpatur.* Cic. 1. de Orat.

Dialogus

Dialogus 98.

Melinus, Nardinus.

M. I*Ulium* audivi, is est cui in oratoris perfectione nihil deesse videtur. Non enim solum conceptis traditis; sed etiam *in actione*, [*secundum*] *vocem, vultus valet*, adeo ut illum inter huius temporis Rhetores non immerito facile principem esse annumerandum censeam.

N. Quid de Rhetoribus verba facis? Cur nudius-quartus te non viderim?

M. Velim me excusatum habeas. [*secundum*] *te nihil est amicius solitudine, hinc est.*

N. Te equidem avidè expectavi. [*Si*] *te in germani fratris dilexi loco* debuisses venisse. [1 *Nescio an*] *ignoscendum sit tibi.* [2 *Haud scio an*] rectè *dixerim*. Solitudinem te solum excepisse non crediderim. Magni momenti negotia te forsan impedierunt. Illud vero quæro, an pauca tibi negotia, & illa levi·, an quamplurima, & illa graviora præ manibus habuisti. [*Dubitavi*] *Roma* [*ne*] *esses* [*an*] *profectus* aliquo. [*Ego*] *quotidie Tabellarios vestros expectavi, qui* [*si*] *venissent fuissem certior quid* mihi de te sperandum esset.

M. An vis paucis? Multis negotiis im-

[*Secundum*] *sæpè usurpatur pro post, id est secundo loco.* Cic. in Orat.

[*Secundum*] ut supra. Cic. Att. l. 12.

Conjunctio [*Si*] ut a vulgato usu discedamus, *interdum usurpatur pro quandoquidem.* Ter. Andr.

Admonitio.

Velim scire, *nescio haud scio, quæro, dubito*, & alia eiusmodi, nisi præcedat negatio, pro si, requirunt *An, ne, utrum, numquid.*

[1 *Nescio an*] Cic. l. 13. Ep.

[2 *Haud scio an*. Cic. 3. de Fin.

[*Dubito ne*] Cic. l. 5. ep. 6

[Si] *eleganter præmissis præcipue postponitur.* Cic. l. 14. Ep.

implicitus fui certè quidem hinc nulla causa est cur mihi succenseas. Adeo his exceptus fui ut semel solum curis pro tempore valedixerim. Quatuordecem invitati domum lucæ accesserimus. [*Si*] *vocasset ad cænam summos viros nimium obsonasset*, quippe qui admodum fuit lautus. [*Si*] non par pari illi aliquando referre potero, [*tamen*] quoad per me fieri potest, illum splendidè excipere conabor. [*Si*] hospes liberalis uspiam reperitur, [*profecto*] is est ex iis unus: *quod si* omnia illi successissent opiparam magis habuissemus cœnam, *ego* [*vero*] si fieri commodè potuisset nunquam quidem huic simili adessem, illius tamen in vos Benevolentia hinc clare elucet. [*si*] *ulla res* inter quamplurimas amicitiam conciliat & conservet hæc una [*certè*] est.

[Si] *interdum pro etiā-si*. Plaut. Merc.

[Si] *nunquam adsciscit* [*tamen*] *vel profecto, vel vero, vel certe, vel aliquid ejusmodi*. Cic. de Sen.

[Si] *cum profecto* Cic. de Univ.

[Si] *cum* [*vero*] Cic. l. 7. Ep. 33.

[Si] *cum* [*certe*] Cic. At l. 1 ep. 16.

Dialogus 99.

Osorius. Pulverinus.

O. DVo illi fratres qui ad sancti Petri ædes habitant, captum latronem dimisserunt.

P. Parum prudenter factum quidem certe. [*Si minus*] *supplicio affici*, [*at*] *custodiri*

[*Si minus*] *pro si non jungi solet cum* [*At*] *tamen, attamen, certe*. Cic. 7. Ver.

custodiri oportebat, ne malè agendo in aliorum grave detrimentum, & sui ipsius perditionē pertinaciter perseveret. [*Si minus*] semetipsos curarint, [*tamen*] *non possum non* illos reprehendere quod nefarium istum boni publici saltem causâ prosequuti non sint. Verba mea [*si minus*] propitiatoria, [*at*] unuscujusque judicio probatissima [*tamen.*]

[Si minus] ut supra, cum [tamen] Cic. l. 9. ep. 17.

[Si minus] ut supra cum [tamen] Cic. l. 2. Ep. 5.

O. Quod de latrone bene speraverint concedas velim.

P. [*Si minus*] rectè: quid tum postea? Si eo fuissent judicio ac sunt alii quamplurimi, neutiquam hæc fecissent.

[Si minus] *absolutè.* Cic. pro Sylla.

O. Aiunt illum amicos sibi alios conciliasse frequentes.

P. Si non condignas illi pœnas infligere potuerunt, aliquæ saltem promovendæ fuissent, cum *is magnus* sit nebulo, [*si non*] *maximus*.

[*Si non*] *pro si minus*, barbarum non est, si rectè adhibeatur. Cic. 2. de Orat.

O. De his hactenus. De injuriis novissimè mihi illatis audivistine uspiam?

P. Nuspiam certè.

O. Fere succumbo. *P*enes mihi vix sum.

P. Quid rei? quicquid illud sit, [*Si non*] *æquo animo*, [*at*] *fortiferas*: *cum spe*, [*si non*] *optima* [*at*] *aliqua* [*tamē*] omnia insperatò, auspicato tamen tibi tandem succedant. *P*rudenter quidem mihi consulis.

[*Si non*] *pro si minus*, assumit [*at*] *attamen certè*, *at certè*, *at saltem*. Cic. l. 6. Ep. 17.

[*Si non*] ut supra, cum [*attamen*] Ci. l. 9. ep. 6.

P. Quam

[Si non] cum [attamen] ut supra. Cic. 2. de Orat.

P. Quam spem re [si] statim [non] poteris tibi adsciscere, [attamen] ratione dictante te brevi acquisiturum sperem.

[Si non] cum [certe] Cic. At. l. 1.

[Si non] cum [At certe] Cic. l. 16. Ep. 15.

[Si non] cum [at saltem]. Cic. l. 9. Ep. 8.

Admonitio.

Cum, sequitur at, certè, vel aliquid ejusmodi, non usurpatur nisi, sed si non, vel si minus

O. [Si non] *plus ingenio* & multis iisque variis experimentis miles factus esses *quam ego* [*certè*] sum, horum malitias timeres magis. Putaram aliquando [*si non*] *tota causa mihi* successivè accessura esset, [*at certe*] majorem partem pro me judicatum iri. Quomodocunque jam sese res habeat, utinam [*si non*] mihi secundum, [*at saltem*] expeditum fieret judicium, quippe qui moræ admodum impatiens sim. In subsidium adsciscas mihi Bembum.

[Si maxime] concedentis est. Cic. pro Quin.

P. Ipse pænè nihil in hac re præstare potest [*si maxime*] *velit*, utpote qui illis odio habetur.

[Si nihil aliud] pro si non aliud, dici solet. Cic. 5. Ver.

O. Quid refert? immo forsan eo melius est. [*si nihil aliud*] mecum *saltem* comparet, fieri potest ut hinc animus iis dejiciatur.

[Si quispiam] adsciscit [profectò] aut aliud hujusmodi. Cic. l. 15. ep. 4.

[Si quæris] Usurpari solet in iis rebus, quas scire, ad eum quicum agimus, non magnopere pertinent. Cic. l. 7. Ep. 2

[Siquidem] idem est quod quandoquidem. Cic. 1. Tusc.

P. [*Si quispiam*] *fuerit unquam* perplexus in id genus causa, *ego* [*profectò*] *is sum*. Omnem moverem lapidem, ut è Venantium Laqueis me quam dextrè vendicarem. Cur hæc dicam *omnino* [*si quæris*] multos me habere inimicos velim accipias, qui me pænitus supprimere omni conatu machinantur. Fieri apud me non potest quin timeam [*Siquidem*] solenne iis est quos odio habent illos

quoad

quoad vires omnino destruere. *O! fortunatam Rempublicam* [*siquidem*] *hanc* perditorum *sentinam ejecerit. Tu* [*si*] *modo fueris Roma* cum causa agitur (*vix* enim puto) [*sin*] *es*, tuum præsidium mirum quidem in modum efflagito, [*si*] mihi amicus esse [*velis*] te adfuturum mihi spondeas, mihi assisturum: [*sin autem*] nolis, actum est de me. Nullius consilio & dexteritate magis exoptarem, qui in rebus sapienter consultandis & prudenter agendis nulli secundus es. *Si ita vis, omnia faciliora:* [*sin aliter*] deficiam in via. Si hoc in te susceperis, mihi pergratissimum quidem feceris, & te adjuvante, fieri potest unicam. [*sin minus*] omnem in posterum deponam spem.

[*Siquidem*] *pro si tant.* Cic. Catil.

[*Sin*] *est sed si, & sæpe omittitur post* [*si*] Cic. Att. l. 5.

[*Sin*] *cum subjicitur, sæpe adsciscit autem; interdum minus, aut aliter*, Cic Att. l. 10.

[*Sin*] *cum* [*aliter*, ut supra, Cic l. 1. ep. 14.

[*Sin*] *cum* [*minus*] ut supra, Cic. ad Q. Fr. l. 2 Ep. 10.

O. Adero, & tibi subsidio futurus sim, si ullatenus in me situm sit.

Dialogus. 100.

Rhetor. Sotus.

R. NIhil mihi magis placuit tuâ diligentiâ, [*sive*] aptius dicam, solertissima tua in rebus agendis dexteritate. Quinimmo semper vincis. [*Sive*] hæc tua diligentia verè successus causa assignetur,

[*Sive*] *ex si & ve encliticis conflatum, interdum semel ponitur.* Cic. Att. lib.

[*Sive*] *alias bis, & sæpe iteratur.* Cic. ad Q. Fi. l. 1.

assignetur, [*sive*] ingenium tuum una cum doctrinâ tuâ, sive amicorum tuorum subsidium me latet. Adversarii tui [*sive*] in eorum causam oratores præstantissimos *adhibuerint*, [*sive non*;] finem tu tamen tuum fæliciter adeptus fuisses. *Quemadmodum* suprema vis, [*seu*] debiles [*seu*] fortes evincit, ita tu dotibus tuis, & amicorum frequentiâ excellis, & prævales.

[*Sive*,] [*sive non*] Cic, de Fato.

[*Seu*] ex sive contractum est, ac *sæpe iteratur*. Cic. pro Quinct.

S. Cur me tot laudibus insignias nescio, cum me tanti non esse novi.

R. [*Sive*] *ego taceo*, [*seu*] *loquor*] scio scire te. Immo te huiusmodi esse virum, quem equidem hucusque rudi quodam modo depinxi. *O! fortunatum hominem qui* id genus amicas, [*seu*] *potius* virtutes habes. Absque enim hisce tuis dotibus, amicorum tuorum subsidium parum tibi conferret Negotia [*sic*] expedis, tantâ inquam facilitate, [*Ut si*] nihil pænè dixerim ageres. Diu est quod te observârim, & admiratione quadam suspexerim litium earum quæ tibi commendatæ fuêre processus memoriæ reconditos teneo, *quos quidem* aliquando [*sic*] *avidè arripui* [*quasi*] *diuturnam sitim explere cupiens*. Quidam jam in me litigat: quis causam meam defendat nescio nisi hanc tu in te benigne suscipias.

[*Seu*] cum [*sive*] Plaut. Stich.

[*Seu*] *interdum semel ponitur*. Ci. pro Quin. *Sicut*, *sæpè similitudinem declarat*.

[*Sic*] cum [*ut si*] Cic. l. 1. Ep. 4.

[*Sic*] cum [*quasi*] Cic. de Sen.

S. Nulli Officio tibi defuturus sum.

R. *Hoc*

R. *Hoc negotii* [*sic*] *velim cures* [*ut si*] *res esset tua.* Ipse quidem adesse non potero.

[Sic] cum [ut si] ut supra. Cic lib 2. Ep. 4.

S. Nihil refert; [*sic*] *fecero* [*tanquam*] tibi amicissimum. Ne dubites quin in tuam causam admodum sollicitus sim futurus.

[Sic] cum [tanquam] Cic l. Ep.

R. Id mihi [*sic*] *erit gratum,* [*ut*] *gratius esse nihil possit.* [*Sic*] quosque tracturus sum [*quemadmodum*] *à quibusque sum provocatus.* [*Sic*] omnia ordinaturus sum [*ne*] quis error sanè irrepat. [*Sic*] à juvene hisce in actionibus instructus fui, [*ut ne*] ulli [*quidem*] cedam.

[Sic ut] *alias est, adeo ut.* Cic. l. 17 Ep. 31.

[Sic] cum [*quemadmodum*] *pro ita ut sic ut sic ne, ne quidem.* Cic. post reditum ad Quirites.

[Sic] cum [ne] Cic. l. 1 Epist. 6.

[Sic] cum [*ut ne quidem*] Cic. pro Quinct.

S. Causam hanc meam tibi deferam cras scripto, & quoad potero illam clarè aperiam.

Dialogus 101.

Talleus. Vespasianus.

T. DE prælio, & Imperialium devictione à Suecorum Rege quicquam accepisti?

V. Plurima quidem, at variè referuntur. Hinc enim & inde opiniones depromuntur admodum dissentaneæ. *Illa qua aliis* [*sic*] *aliis* [*secus*], *nec uno modo* traduntur

[Sic] cum [*secus*] *interdum adjungitur, pro ita, aliter.* Cic. 2. de legib.

traduntur. [*Ficta*] mihi esse videntur. [*Sic est*] *vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa existimat.* Referentes his utuntur verbis. [*Sicut*] *exposui*, [*ita*] *gesta sunt.*

V. [*Sicut*] *tu summè* veritatem coluisti: [*item*] & ipse. [*Sicut*] *aliis in rebus parum firmamenti & parum virium* hujusmodi variæ opiniones *habent*: [*sic*] *in hac re* potissimum: nihil enim qd. de devi[illegible]tione fertur ullatenus credo.

T. [*Non sicut*] *vulgus*, [*sed ut*] prudentes *solent*, ita in uniuscujusque re decernendum esset.

V. Cum omnia clarè [*sicut*] *unicuique*] fidem adhibenti *esse debent*, aliter atque aliter hæc apparebunt.

[*Sic sum*] *pro sic vel ita fallor sum, eleganter dicitur.* Cic. pro Rosc.
[*Sicut*] esse conflatum est ex sic & ut, *usurpatur interdum pro simpliciter ut, & adjunctum* [*ita*] *item, sic.* Cic. pro Mil.
[*Sicut*] *cum* [*item.*] Cic. pro Quinct.
[*Sicut*] *cum* [*sic.*] Cic. pro Cluent. initio.
[*Non sicut*] *cum* [*sed ut*] Cic. de Amic.

[*Sicut*] *absolute interdum ponitur.* Cic. ad Q. F. lib. 1. Ep. 1.

Dialogus 102.

Andr. ac. Bartolus.

A. DVo vidi equos adeo [*similes ut*] vix quidem interstingui potuissent.

B. [*Similiter*] *facis* [*ac*] fecit Bernardus; mihi insalutato fabulas narravit; illum reprehendi; *neque vero illum* [*similiter atque*] ipsum commotum esse vidi.

[*Similis*] sæpe quidem jungitur genitivo vel dativo [illegible] ut possim [illegible] clarum. *Nam pro* [illegible] *cum* [illegible], [*ac*] *tanquam.*
[*Similiter*] *quoque jungitur cum* [*ac*] atque ut. Cic. 1 de Nat. deor.
[*Similiter*] *cum atque* Cic. 2. Phil.

vidi. Defendere conatus est, inter amicos ceremonias requiri nullas. [*Similiter*] loquutus est [*ut*] *si* probaret indiscretum quiddam esse. Tribus horis [*simul*] *eramus* altercantes; voce, gestu, [*simul cum*] argumentis de comitate valde contendi.

A. Quis tandem finis?

B. Apertissimè illum vici. [*Simul*] veritatem agnovit, & [*simul*] semetipsum pertinaciæ redarguit. A. Vtinam vestræ altercationi interfuissem; forsan illum ab omni errore planè vindicassem. At quo iam iturus es tu?

B. Rus me quamprimùm confero.

A. In quem finem tam cito hinc discedis?

B. Cras horâ tertiâ pomeridianâ causa mea agitur. Bartol. [*Simul*] *quid* judicetur *scribas ad me*.

Andreas. [*Simul ac*] potero tibi non deero. [*Simul ac primum*] comitia expediverint te per literas certiorem faciam.

B. Quas ego [*simulatque*] recepero ad te statim properabo. [*simul*] atque amico quidpiam acciderit, accedit amicus, [*ut*] ei aut congratuletur *aut cum eodem condoleat*. Illico inquam tibi occurram. [*Simul*] atque de illa re intellexero, [*continuò*] me in iter accingam. [*Simul*] *& illud cogita* quid vis adferam mecum. Sive aliud quidpiam vis scribas?

[*Similiter*] *cum* [*ut*] Cic. 1. A. fin.

[*Simul*] *est quod una, aut pariter* Cic. Att. l.

[*Simul*] *sæpissimè assumit* [*cum*] Cic. pro Dio.

[*Simul*] *interdum iteratur*, Liv. l. 1.

[*Simul*] *pro simul ac, sæpe usurpatur, prætermisso ac, brevitatis causa*. Cic. l. 2. ep. 5.

[*Simul*] *plerumque assumit* [*ac*] *ac primum, atque, ut* Cic. lib. 1. de Nat. Deor.

[*Simul*] *cum* [*ac primum*] Cic. 3. Ver.

[*Simul*] *cum* [*atque*] Cic. pro Rosc. Am.

[*Simul*] *cum* [*ut*] Cic. Att. l. 10. Ep. 4.

[*Simul*] *interdum ad majorem celeritatem significandam, adjicitur statim* [*continuo*] *illico, aut aliquid ejusmodi*. Cic lib. 16. Ep. 16.

[*Simul*] *interdum usurpatur pro deinde* Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.

scribas? A. Tibi morem geram.

B. Novistine tu quid ab hinc anno contigit, quod quibusdam aliquid miri videbatur in se continere. B. Minimè.

A. Nec quid hinc semianno, quod me etiam quasi in stuporem conjecerit?

B. Nequaquam. A. [Simul] hoc nescis? Alio tempore hæc tibi referam.

[Simul] in eodem usurpatur pro item. Cic. pro Bal.

Dialogus. 103.

Cosmus, Darius.

C. Mirus te quisque laudibus effert, [*simul quod*] video nihil præ meritis tibi ascribunt. Primum ob eruditionem, deinde ob tuam dicendi facultatem, [*simul quia*] devotus es: hinc est quod te extollant. [*Simul ut*] hæc ipse observârim, non potui non iis & convenire & gaudio affici. [*Simul ne*] me adulatorem agere censeas. Si veritatem proloquor irreprehensibilis evadam. Me semper ingenuum novisti: nec jam judicium tuum aliter [*sodes*] de me feras.

[Simul] interdum assumit [Quod.] Cic. l. 1. Ep. 7.

[Simul] interdum assumit [Quia] S. l. Cic. [illegible]. [Simul] interdum assumit [ut] Cic. 2. Ver. [Simul] in eadem assumit [ne] Sal. Jugurt. [Sodes] dictum est quasi si audes, sed usurpatur pro Quæso, vel si vis. Cic. Att. lib. 7.

D. A sermonis tui exordio suspicabar [*statim*] ne me laudibus oneraturus esses, & quæ ad me nullatenus spectent. [*Statim ut*] primam periodum absolveris,

[Statim] sin fieri licet. Cic. Att. l. 2. [Statim ut] [illegible] Cic. pro Quin.

ris, plura & plura mihi attributa subsequu tura pertimescebam. Desine super his plura dicere.

C. Sileo. At cum rus jam discessurus, & ibi aliquandiu moraturus; obsecro ut super Negotiis meis literas, frequentes quidem & illas, á te accipiam.

D. *Ego ad te* [*statim*] *habeam quod scribam* [*simul ut*] *Curionem videro* & convenero. [*Statim*] inquam hæc statuam [*simul ac*] advenerit is, ille homo qui [*sub*] *terra habitans* nullum sibi parem habet.

[*Statim*] *interdum assumit* [*simul ut*] Cic. A. l. 10.

[*Statim*] *interdum assumit* [*simul ac*]

[*Sub*] præpositio, contrarium habet supra. Cic. 2 de Nat. Deor.

C. Cur illum tantum laudibus extollis?

D. Ego [*sub*] quod rectè noverim, nec judicare, nec loqui unquàm possem. [*Sub*] tertium diem Mensis Maii illum conveni, Quæ ad te ullatenus spectare viderentur tunc temporis verbis quidem clarissimis aperui. Literas ipse eodem tépore aliquò transmissas accepit: [*sub*] *eas literas recitata fuere tua*, quæ [* *sub*] *decimam* horam matutinam perlectæ. *[*sub*] *sextam* horam pomeridianam pervenit Tabellarius qui responsorias expetivit á me. At illum amandavi. *[*Sub quindecem*] post dies illum iterum alloquutus sum: progressum insignem in tui causam facile deprehendi. [*Sub idem tempus*] venit *Robertus* utrisque nostri amicissimus. [*sub divo*] diu fuit, & mul-

[*Sub*] ut supra. Cic. 1 Phil.

[*Sub*] *usurpatur sæpe pro statim, id est statim post*. Cic. ad Q. Fr. lib. 2 ep. 2

[*Sub*] *usurpatur sæpe pro statim post*. Cic. lib. 10. Ep. 16.

[*Sub*] lucem, [*Sub*] noctem, [* *Sub*] vesperam. *est incipiente luce, nocte, vespere*. Liv. li. 9. * Cæsar. l. 1. de Bel. Civili. * Cæsar. l. 2. de Bel. Gal.

[*Sub idem tempus*] *est per idem tempus*. Liv. l. 1.

Sub dio, vel [*sub divo*] *est sub cœlo, vel aere*. Col. l. 1. cap. 9.

ta pertulit una cum suo consocio, qui [*sub dio*] itidem eadem frigora sustinuit.

[*Sub dio*] ut supra Cic 3. Ver.

Dialogus 104.

Eumedinus, Sanctorinus.

E. ALiqui Magiæ doctrinæ ignari, illam non posse sciri astruere conantur: perspicuis tamen argumentis fateri compulsi sunt, illam [*sub intelligentiam*] *cadere*. Rectè discernere [*sub judicium*] *Sapientis* est.

S. Immo sunt etiam & alii qui Cœlum [*sub aspectum*] *&* [*tactum cadere*] asseverant.

E. Non desiderantur qui Planetarum motum [*sub sensum cadere*] profitentur. Quidam qui omnia hæc quæ *supra &* [*subter*] *sunt unum esse dixerit*. Quid si Lunam è viminibus contextam esse quidam sibi fingat: an audiendus.

S. Nec minus ineptè *Solem* [*subter*] *mediam ferè Regionem* locum *obtinere* hallucinantur quamplurimi. E. Nec mirum, quippe qui Scientiarum sint nescii.

S. Eorum discursus nullis innituntur fundamentis: attamen [*subter*] *se habent* aliorum judicia.

Sub aspectum cadere, est aspici posse, sub sensus cadere, sentiri posse. Cic de Univers.

[*Sub intelligentiam*] [*cadere*] Cic de univers.

[*Sub Iudicium*] sapientis. Cic. l. de Fin.

[*Sub aspectum & tactum cadere*] Cic. de Univer.

[*Sub se succedere*] Cic. 1 Acad.

[*subter*] contrarium huic est supra Cic. lib. 1. de Orat.

[*Subter*] ut supra. Cic. l. 6. de Repub.

[*Subter*] ut supra Cic 5. Tusc.

Admonitio.

Subtus idem significat ut subter, sed absolute usurpari solet.

E. Apud

E. Apud se hos relinquamus insulsos quibus nec Doctrina nec ingenium inest. Quid jam meditantur cives cum tantæ terræ cumulum fecerint?

S. Sancitum est iis, cujusdam antiqui statuam [*super*] illum *terræ cumulum* erigere. *Hac* [*super*] *re* & de quoque modo magna quidem disceptatio orta fuit, tandem autem iis decretum quod vocabula hæc sub marmore insculperentur [*Supra*] *Lunam sunt omnia æterna.*

E. Hac autem inscriptione quid sibi volunt? S. Nimirum, quod quamvis quoad nos è materiâ scilicet tenacissima conflata sit hæc statua, illam tamen fore perituram. Si sol admodum resplendens & relucens [*supra*] *impositus* erit, verbo hoc adscripto: *Incorruptibile.* E. Itane vero? S. *Illa quæ* [*supra*] *dixi* vera quidem esse tibi spondeo.

E. Itineri longo, hyemali & illi, sese commisit Gandavus. Non poterit non magnis exponi periculis tam vitæ quam sanitatis. Quid eveniat nobis absconditum?

S. Ne timeas. *Corpus illi patiens inediæ, algoris, vigiliæ,* [*supra quam*] *cuiq; credibile est*; adeo *ut* [*nihil supra*] possit esse.

[*Super*] contrarium fere habet sub, aut subter. Cic. lib. 1 de leg.
[*Super*] *interdum usurpatur pro de*] Cic Att. lib. 6.
[*Supra*] contrarium habet sub, subter, aut infr. Cic. l. 6. de repub.
[*Supra*] *hanc causa* Cic. lib. de Divin.
[*Supra*] *nonnunquam pro ante usurpatur.* Cic 2 de Orat.

Admonitio.

Superius dixi, & alia hujusmodi inusitata sunt, ac fortasse barbara: pro quibus illa sunt in usu, ante dixi, supra sc. ipsi.

[*Supra*] *interdum adsciscit* [*quam.*] Cic. Catil.
[*Nihil supra* Cic. l. 14. E. 3. 1.

Dialog.

Dialogus 105

Menelaus, Nerinus.

[Talis] *sæpe assumit* [ut] *vel qui*. Cic. de Amicitia.

M. Quid fit de Galbo. N. Hic ære alieno oppressus discessit, & furtim. M. Itane? *vita quidem* alias illi [*talis*] *fuit, vel fortuna, vel gloria* [*ut*] *nihil posset accedere*. Et sese tandem tam miserè perdidit? Caveas dehinc tibi: illum enim nefariis quibusdam associatum fuisse compertum est.

N. Quid plura mihi consulis!

[Talis] *cum* [qui] *ut* supra. Cic. l. 10. Ep. 6.

M. [*Talem*] *te esse oportet* [*qui*] *primum te ab impiorum Civium societate sejungas*. En tibi exemplum. Si hoc præstes, non dubito quin omnia tibi rectè succedant. Alias illi *honos* [*talis*] *datus fuit* [*ac*] *paucis*, quinimmo in Senatorum numerum evectus fuit [*Talis*] *fuit* [*atque*] jam Peredus, qui sanè in dignitatis summo gradu versatur. [*Talis*] is est [*qualis*] esse conveniret. Non equidem quod illi accidit *divinavi*, *sed* [*tale aliquod*] *putavi fore*. *Vir* [*talis*] *dignitate præditus* in nihilum iam quidem redactus est, & hominum risui expositus. Nobilis quidam Carthaginensis idem cucurrit stadium

[Talis] *cum* [ac.] Cic. [illegible] in.

[Talis] *cum* [atque] Teren. Phorm.

[Talis] *nonnunquam assciscit* [qualis] Cic. lib. 2 Offic.

[Tale] *interdum additur quidam, aut* [aliquid] Cic. Att. 6

[Talis] *absolute*, Cic. pro Cluentio.

N. Ne te interturbem. [*Tam*] *sum amicus ei Civitati* [*quam*] *qui maximè* [illegible]

[Tam] *plerumque assumit* [quam] & *tum* [illegible]. Cic. l. 5 Ep. 2.

cujus

Cujus fælicitatem non [*tam*] pro me [*quam*] pro omnibus in illa vrbe degentibus vehementer exopto.

[*Tam*] ut supra, cum [*quam.*] Cic L.13.L.3.

Admonitio.

In comparationibus tam quam usurpatur: in aliis tum, tum, &, &, vel, vel; itaque non dices, declamat, ac tam Latinè, quam Græcè; sed tum Latinè, tum Græcè.

M. Ne mihi succenseas quod tibi consulere ausus fuerim: Benevolentia in te mea mihi calcar fuit. Et scias me [*tam*] *te diligere*, [*quam si*] mihi frater esses.

[*Tam*] [illegible] *assumit* [*quam si*] Cic. L.16.Ep.1.

Dialogus 106.

Odus. Pererius.

O. VT audio, imposuisti mihi me te circumvenisse, cum Prædium non à te longè dissitum emissem, & inde perturbari visus fuisti. Ah! minime me cognovisti tu. Non essem [*tam*] *inurbanus, ac penè inhumanus* [*ut*] *ego eo gravarer quod te cupere sentirem.* Nunquam eram [*tam*] mihi addictus [*ut ne*] tibi cederem.

Admonitio.

Tam, quam, fere nominibus, & participiis adhibentur; interdum etiam verbis; nimirū cum comparatio quædam, aut similitudo significatur. Et sanè, tam & quam, adverbia sunt similitudinis. significant enim, æquè ac. Quod si nulla appareat comparatio, aut similitudo, tantum, quam usurpari solet cum verbis. [*Tam*] *sæpe adsciscit* [*ut*] Cic. 2. de Orat. [*Tam*] *tam* [*ut ut*] *sæpè.* Cic pro Sext.

P. Tuis dictis acquiesco: ne plura moveas.

[Tam] cum [ut non] Cic. Att. l. 13. Ep. 33.

[Tam] non raro pro ut, recipit [qui] Cic. li. 9 Ep. 2.

[Non tam causa] cum [quam ut] Cic. ad Brut. Ep. 16.
[Non tam causa] cum [quam quia.] Ci. Top.
[Non tam ut] cum [quam ut ne.] Cic. Att. lib. 9. Ep. 7.
[Non tam causa] cum [quam ut.] Cic ad. Brut. Ep. 19.

[Non tam causa] cum [quam quia] Cic. Top.

O. At qui potuit tandem esse tui negotii processus? *Non puto* [*tam*] *expeditum fuisse negotium tuum* [*ut non*] *habuerit aliquid mora.* Multa tibi forsan de venditoris jure insurrexerunt dubia.

P. Legis-peritum consului.

O. *Quis est* [*tam*] Legum peritus [*qui*] *in tantis tenebris* rectè sentiat. Potissimum cum tam inertes sint. Si occasio ulla sese obtulerit, ipse tibi subsidio futurus sum: [*Non tam causa*] meas facultates ostentandi; [*quam ut*] ne me tibi verum esse amicum minus sanè credas: [*non tam*] lucrandi [*causa quam quia*] me tibi nullatenus defuturum appareat: [*non tam*] *ut prosim* [*quam ut ne*] videar tibi alter ab illo qui verè sum: [*Non tam causa*] aliorum conciliandi opinionem, [*quam ut*] me tibi ingenuum liquido demonstrem. Et quæ supra de dotibus meis tradiderim, [*non tam*] *vitandi mei laboris* [*causâ*] [*quam quia*] te capacem magis voluerim tibi adiicias, ne aliquis error profectò irrepat. Si quid potero, in tui subsidium conferre semper præstaturus sum.

Dialog.

Dialogus 107.

Pomerius. Rillus.

P. CVr Româ Athenas, ut tibi decretum fuit, non es profectus? An viæ difficultas, an aliâ motus causâ, quod à te statutum fuerit deseruisti?

R. [*Non tam propter*] *periculum* [*quam propter*] negotia quæ numerosa mihi quidem postea advenerunt, hoc factum est.

[*Non tam propter*] *adsciscit interdum* [*quam propter.*] Cic. Att. l. 7. Ep 3.

P. Quis tandem fuit ille *Lycurgus* quem Græci ad unum (pæne dixerim) omnes tantis laudibus evehunt?

R. [*Tamdiu*] *laudabitur* [*dum*] *memoria* legũ ab illo constitutarum *manebit*. P. Anne frater tuus Athenas sese contulit? *Rillus*, maximè.

[*Tamdiu*] *plerumq; adsciscit* [*dum*]. Cic. l. Of.

P. Tu literas ad illum sæpè mittis.

Rillus. Ne dubites; & ut plurimum Literarum mearum conclusio hæc est. *Disces quamdiu voles*; [*Tamdiu*] *autem velle debebis* [*quoad*] *te quantum proficias non pœnitebit.*

[*Tamdiu*] *interdum adsciscit* [*quoad*] Cic. 1. Offic.

P. Optimè certè illi consuluisti.

R. Hunc cæteris omnibus fratribus meis præfero. [*Tamdiu*] singulari quodam afficior gaudio. [*quamdiu*] *aut ad* illum *scribo, aut* illius *literas legam.*

[*Tamdiu*] *sæpe assumit* [*quamdiu*] Cic. Att. l. 9. Ep. 4.

P. Cur

P. Cur non diutius es moratus Lucæ?

R. Ibi *vixi* [*tamdiu quam*] *licuit in Civitate benè beatèque vivere.*

P. *Ego* te [*tamdiu*] abfuisse à nobis dolui: tam valdè tuâ societate semper captus fui: Discursus tui me [*tam multum*] affecerunt ut nihil magis. *Ecquid* amicè fecisti pro *Thoma?*

R. Novissimè ne quicquam quidem. Vt illi finem optatum acquiram, omnem profectò moturus sum lapidem; *justè* [*tamen*] *sed planè libenter.* Illius adversarius hominum injustissimus est; *quem* [*tamen*] *Senatores esse in principibus facile sunt passi, evolare* autem *altius* [*certè*] *noluerunt.* Quamvis à multis hæc audiverim, non [*tamen*] *credidi,* [*sed certe*] suspicabar posse fieri. Iurisperito cuidam insigni hanc tuam causam clarè aperui: justam hanc esse apprehendit. Vt super eadem seriò meditaretur illum magnopere obsecravi: [*tamen*] in hac oscitanter admodum se gessit.

[*Tamdiu quam*] *aliquando alterum diu non ponitur, sed subintelligitur.* Cic. in Brut.
[*Tamdiu*] *absolute* Cic. lib. 2. Ep.
[*Tam*] *iungitur interdum cum adverbiis,* [*multum*] *&* *valde* Cic. 6. Ver.

Admonitio.

Etsi tamen plærumque subiicitur cum antecedit etsi, vel aliquid eiusmodi; interdum tamen præponitur.
[*Tamen*] *præpositum cum* [*sed*] Cic. At. l. 0. Ep. 1.
[*Tamen*] ut supra cum [*Certe*] Cic At l ep.
[*Tamen*] *cum* [*sed certe*] *nonnunquam.* Cic. Att. l. 1. Ep. 10
[*Tamen*] *in principio non raro collocatur* Cic lib 9 Ep 19.

Dialogus. 108.

Smetius. Talleius.

S. VT in causis meis jam agendis quam diligenter adhibeas curam te rogatum volo.

T. Meum studium erga te, & officium [*tametsi*] *multis jam rebus* spero *esse cognitum* [*tamen*] *in his declarabo*.

S. Quo autem uteris medio *fac ut sciam*, [*tametsi*] nimis forsan importunus esse videar.

T. Tempus breve quidem nimis mihi conceditur. Hinc enim quamprimum mihi discedendum est. A me tamen prius accipias illum divitiis quibus abundat inflari admodum. S. *Quæ* [*tandem*] *est ista divitiarum ostentatio*. Ante damnandum qui superbi sunt ingentes tollunt animos. Spero autem tuo præsidio illum Cantilenam aliam cantaturum. Fateor illum, [*tanquam*] consulari dignitate fuisset adornatus, nullibi transire insalutatum quidem. [*Tanquam*] *si* illius intellectui esset [*offusa*] caligo: [*sic*] quasi omnia discernit. At pace tua, discedendum mihi est visitandus enim mihi est qui me auide expectat. S. An diu moraturus es? T. Nequaquam. S. eamus una.

T. Fiat.

[*Tametsi*] *idem declarat quod etsi itaque adscisfiis* [*tamen.*] Cic. lib 3. ep. 4

[*Tametsi*] *interdum absolute ponitur. omisso tamen.* Cic. l. 2 ep. 4

[*Tandem*] *proprie quid est adverbium temporis. verum sæpe vim habet inflandi vehementius.* Cic. Parad

[*Tanquam*] *sæpe est adverbium similitudinis.* Cic. 2. Phil.

[*Tanquam*] *sæpe iungitur cum* [Si] *interdum cum ita, vel itidem.* Cic pro R. [illegible]

Admonitio.

In comparationibus & similitudinibus, Cicero tanquam usurpat libentius quã velut

T. Fiat. S. [*Tantisper*] *hic ego ad januam concessero.*

T. At tu simul ingredere.

S. Minime gentium, non faciam. *Ego hic* [*tantisper dum*] *exis te opperiar foris.* Hic, hucusque moratus sum, cur autem tamdiu tardaris?

S. Quo fato planè nescio. Quamplurimi in me insurrexerunt adversarii. [*Tanta*] *contentione decertavi* [*quanta*] *nunquam* in ullo discursu. *Ego in vitâ mea nullâ unquam voluptate* [*tanta*] *sum affectus* [*quanta afficior*] *hac integritate quam* profitear. [*Tantam*] hanc justitiam, quippe meam, clarissime [*exposui,*] [*quantum*] *non* [*queo*] *dicere.* [*Tanta*] *est inter eos* & me [*quanta maxima*] *potest esse morum studiorumque dissensio.* [*Tanta*] *est* Iustitiæ Pulchritudo [*ut*] omnibus virtutibus supereminere videatur. Iustitiam colo, & illam in dies laudibus effero. [*Tantusque*] penitus *sum* [*quantus*] *est sermo.*

T. Injustis [*tantundem*] attribuitur [*quantum*] iis qui animum recte deponunt.

[*Tantisper*] *est tanto, vel tantulo tempore.* Plaut. Aul.

[*Tantisper*] *interdum adsciscit* [*dum*] Ter. Adelph.

[*Tantum*] *adsciscit* [*Quantum*] idque vel *uno duntaxat verbo, vel diversis, vel eodem iterato.* Cic. lib. 3. Ep. 8.

[*Tantus*]; [*quantus*] *eodem verbo iterato* Cic. Att. l. 5. Ep. 10.

[*Tantus, Quantus*] *cum verbis diversis.* Cic. de Amic.

[*Tantus*] *interdum assumit* [*Quantum maximè*] Cic. de Amic.

[*Tantus*] *nonnunquam assumit* [*ut.*] Cic. de Amicitia.

[*Tantum quantum*] non est idem quod tamquam, sed *tam malum quam multum.* Itaque non cum nominibus & Participiis, sed *cum verbis usurpari solent.* [lege tamquam] Tantum autem & quantum, adjungitur tum verbo uni, tum duobus diversis, tum eidem iterato. Cic. Att. l. 1. Ep. 16. *Pro tantum interdum* [*tantundem*] dicitur. Cic. 5. Ver.

Dialog.

Dialogus. 109.

Udinus. Labirius.

V. MAle me jam habeo.
L. Quî autem fit?
V. Ni his natalitiis, cum nimis indulserim genio, in me hanc ægritudinem imprudenter contraxerim, me latet.
L. Parum consulto. [*Tantum*] *enim cibi & Potius adhibendum* [*ut*] *reficiantur vires, non opprimantur.* [Tantum] assumit [ut] Cic. de Senec.
V. De exercitu Romano quid novi allatum est?
D. Omnia ei prospera quidem esse passim fertur. [*Tantum*] *est nomen & opinio exercitus* [*uti*] *etiam ad ultimas Germanorum Regiones pervenerit.* [Tantū] assumit [uti] Cæl. 4. de Bello Gal.
V. Quid tandem de strenuo illo in Africos exercitu? L. Nondum certe dimicavit cum Africo. Vterque utrique in conspectu fuere. [*Tantum*] *prima acies aderat*, [*uti ne*] *in utrumvis exercitum tela tormentaria adigi possent.* At caveant sibi adversarii nostri quippe quod Romanorum virtus & fama [*tantum*] increbuit. V. *Urbs* [*tanta*] *& talis* est ipsa Roma, quæ floridam Iuventutem, & quod magis est, duces pereximios nutrit. Ingenio Romanus omnem præcedit gentem [Tantum] cum [uti ne] Cæs l. 3 de Bel. Civili. [Tantum] adverbium absolutè Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Ep. 2. [Tantus] & tantum, nomina, interdum absolute ponuntur. Cic. 3. de Nat Deor.

gentem. Tantum ingenium non potest non sese in præclarissima ingerere. De Romanorum dotibus; & gestis quamplurima recensere possem. At me hinc quamprimum recipiendum est.

[*Tantulum*] nomen, cui quantulus opponitur. Cic. 4. Ver.

L. Aliquantisper autem morare quæso: *si* [*tantula*] *mora* mihi concedas, de Romanis, & eorum legibus, varia illa quidem & insignia tibi narrabo.

[*Tantum abest*] iungitur cum [*ut*] interdum assumit vix, vel etiam. Cic. 1. Offic.

[*Tantum abest*] iungitur cum [*ut vix*] Cic Att. lib. 13. ep. 21.

[*Tantum abest ut*] cum [*etiam*.] Cic. 5 de Fin.

V. [*Tantum abest ut*] tantulum moneam, ut ad duas horas hic apud te futurus sim, si ita vis.

L. [*Tantum abest*] ut te duabus detinerem, [*ut vix*] semihoram te retardaturus sim. Vnum jam solum de Populo Romano tradam, [*tantum abesse ut*] otium *sectentur*; [*etiam*] *curas, sollicitudines, vigilias perferunt*. Eas autem, & plura super his alias dicturus sum.

Dialogus 110.

Alanus Bonaventura.

[*Tantum abest ut*] *ad scisci* interdum [*ut maxime*] *ut minime*, *ut valde*, & alia eius modi. Cic. 2 Acad.

A. IAcobum, *Ieronimi* causam egisse fertur. Ille aliorum consiliis eum usu fuisse affirmat; & [*tantum abesse*] dicebat. [*ut*] *ea consentanea essent*, [*ut maxime*] *repugnarent*. Deinde ait ob

ob amicitiam cum illo, illum non potuisse non prudenter consuluisse

B. Amicitiam ob paupertatem insectantur egeni.

A. [*Tantum abest ut*] *amicitia propter indigentiam colatur*, [*ut*] *ij qui* [*minimè*] *alterius indigeant* eandem amplexentur. Hoc Problema abhinc quindecem diebus cum eruditissimo *Thoma* agitavi, qui tandem mecum una sensit. paucis autem post diebus illum iterum conveni, tunc in opinionem longè diversam secessit. [*Tantum abest ut*] *ille meam sententiam moveat*, [*ut valde*] *ego ipsi quod de sua sententia discesserit, panitendum putem. Nomen* [*tantum*] amicitiæ *usurpant* quamplurimi quid *ipsa valeat ignorant*. Ego hæc [*tantummodò*] loquor. Doctos aliquando errare animadvertas. Aderat quidam advena, & is, magni nominis, argumenta mea totis viribus refellere tentavit: at [*tantum dico*] ridicula protulit. Quantum in aliis valeat, ignotum mihi est. [*Tantum videbam*] illum assertionis meæ statum minus intellexisse. *Nihil dicam arrogantiùs*, [*tantum dicam*] me quid in hac re decernendum sit ex frequentissima meditatione apprimè novisse. Et inquam [*non tantum*] *parum commode* se expressit iste; sed etiam ineptissimè. Meus quidem discursus optatum consequutus esset finem, [*tantum non*] *feci* Corollarium.

[*Tantum abest ut*] *adsciscit interdum* [*ut minime.*] Ci de Amic.

[*Tantum abest ut*] *adsciscit interdum ut valde.* Cic. Att. lib.

[*Tantum*] *adverbium, sæpe pro solum, aut duntaxat usurpatur.* Cic. Parad.

[*Tantummodò*] *adverbium, sæpe pro solum, aut duntaxat usurpatur.* Cic l. 2. de Nat. Deor.

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*dico*] Cic. Att. lib. 10. ep. 4

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*video*] C. l. ep. 18

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*dicam.* Cic. pro Mur.

[*Non tantum*] *pro non solum.* Cic. 1. de Orat.

[*Tantum non*] *est, hoc solum defuit.* Liv. lib. 4.

larium.

Dialogus III.

Celius, Dodriginus.

C. INsigni quidem Charactere utitur Boninus, quinimmo & is literis tum Græcis tum Latinis apprimè eruditus est. [*Tantum quod*] scriptis [*non*] aptè interpungit.

[Tantum non] interdū interponitur quod, ut ut [tantum quod non] Cic. 5. Ver.

D. Parum refert sive rectè, sive non, punctis clausulas quidem distinguas.

C. [*Tanti*] *mihi crede* [*est*] sin minus vix poterit Authoris sensus rectè apprehendi.

[Tanti est] pro expedit, eleganter ponitur. Cic. 6. Ver.

D. Antiquiores ferme omnes de judicij obice, aut de oscitantia saltem arguis, qui hæc non solum non neglexere, sed defendere [*nihil esse tanti*] Perpauci autem quadantenus admiserunt [*nihil*] *tamen* [*tanti esse*] existimarunt [*ut*] absque iis oratio non admodum obscuram fore arbitrarentur. [*Nihil tanti est quo*] authoris sensus obfuscetur.

[Nihil tanti est] pro non expedit, aut non tanti faciendum est, elegantissime dicitur. Cic Att. l. 1.
[Nihil tanti est] interdū adjicitur cum [ut] Cic. Att. l. 12. Ep. 3.
[Nihil tanti est] cum [quo] interdum. Cic. Brut. in epist. Cic. l. 16
[Tantopere] ex tanto opere. Cic. pro Mur.
[Tantopere] interdum adjenit [Quantopere.

C. Nescio qui fit te in dicam tam improbabilem [*tantopere*] laborâsse.

D. [*Tantopere*] dissertationem non affecto [*quantopere*] disputationis finem, quæ est declarata veritas. At tu rationes adducas tuas, ut veritas eò magis perspicua

cui mihi innotescat. [*Tantopere*] apud sapientes colitur veritas, [*ut*] ii omnem derelinquant opinionem & illi adhaereant. Non loquor haec *temerè*, ut rectè novisti.

[*Tantopere*] interdum *assumit* [*ut*] Ci. l. 1. Off. [*Temerè*] est quod barbari dicunt casu. Cic. l. 2. Ep.

Dialogus 112.

Eudemus. Gandavensis.

E. Circuli quadraturam non dari affirmant quidam. In hanc assertationem disputant alii. Diversas eruditorum opiniones non possum non mirari.

G. At te magis admiror. An non vetus illud audisti aliquando & percepisti: [*Quot*] homines, [*tot*] sententiae. Et cum [*tot*] experientiis confirmatur, [*ut*] ex quotidiana praxi penitus stabiliri videatur; dicam, en stuporem! Super hac re sermocinabantur septem dignissimi homines: [*tot*] viri fuere, ac idem confirmarunt illi. Varietas undique advenitur, immò & in hominum vocibus. *Vocis enim mutationes* [*totidem*] *esse* [*quot*] animorum perspiciuntur.

E. Discursum omnem mihi referre potes?

G. Immò quidem, & fere dixerim,

[*Tot*] fere *assumit* [*quot*] vel *ut*, Cic 2. de Orat.
[*Tot*] cum [*ut*] Cic. l. 5. Ep. 20.
[*Tot*] *interdum absolute ponitur*. Cic. pro Cal.

Admonitio.

Tot ad numerum, tanti ad magnitudinem referuntur.
[*Totidem*] *adsciscit* [*quot*] Cic. in Orat.

[*Totidem*] *non nunquam absolutè ponitur*. Cic. 2 de Fin.

[*Totus*] *plerunque absolutè ponitur*. Cic. Att. lib. 7.

[*Toties*] *interdum assumit* [*Quoties*] Cic. 17 ep. 7.

[*totidem*] *verbis*. Tuque alias sine hæc referentem audivisti.

E. Jam iterum referas quæso.

G. [*Toties*] repetii ut operæ pretium non esset plura loqui.

E. Non [*toties*] hæc narrâsti [*quoties*] ipse exoptarem. G. Vis denuo recenseam? E. Maximè. G. [*Tum*] morem tibi geram.

E. At prius mihi narres, causane tua tibi ut sperabas successit.

[*Tum*] *pro tunc* significationem est. Cic. pro Quinc.

[*Tum*] *sæpe confertur cum* [*nunc*.] Cic. Att. lib. 9. ep. ult.

G. [*Tum*] cum te conveni mihi spes erat maxima, [*nunc*] *quidem ego* in nulla spe.

Dialogus. 113.

Heliadorus. *Iberius*.

H. QVamdiu est quod Lisoardus fuerit comes.

I. Hoc me latet. At [*tum*] comes fuit [*cum*] in Belgas secum duxit exercitum. [*Tum*] inquam [*cum jam*] illos debellare incipit.

[*Tum*] *sæpe assumit* [*cum*] Cic. 2. Phil.

[*Tum*] *sæpe assumit* [*cum jam*] Cic. in par.

H. Qui autem fiebat cum tot difficultatibus undique & undique esset circumseptus, illi tamen omnia tam auspicatò successisse. I. Nova ab omni gente accesserunt illi præsidia, illum & munificium,

cum, & in militari disciplina præclarum audito. At ipse difficillimam in se suscepit provinciam.

H. Attamen virtus [*tum maxime*] elucet [*cum*] quispiam in arduis versetur rebus. Verbo, hoc; illum solertem, nec non magnanimum apparet. In brachio grave vulnus illi ab hasta impingitur, cujus cuspidis portiuncula infixa fuit. Noluit tamen ipse, ne præ dolore, ne præ periculo Chirurgos statim consulere, ad præclara quidem intentus. [*Tum denique*] *sibi avelli jubebat* [*cum*] hostes fugasset.

I. Mira narras. Hujusmodi patientia, una cum magnanimitate literis aureis describi meretur, ut sempiternæ memoriæ sacrum. Quæ [*tum*] gratiora unicuique videntur [*si*] successu coronentur.

H. Fælix exitus semper magnanimos attendat. Si autem illi non accessisset auspicatò, non reprehendendus adveniret, sed laudibus efferendus. [*Tum denique*] laudandus est quisque [*si*] strenuè & rectum consilium sibi adhibeat. [*Tum demum*] suis quasi depictus meritis apparebit, [*si*] prius consulta seriò perpendantur; [*tum vero*] his perspectis, exultare lætitia ac triumphare gaudio incæpiunt omnes. Nam si à duce officium undiquaque perfunctum sit, [*tum demum*] milites animantur.

[*Tum*] *augendi causa interdum* [*maxime cum*] *adiicitur*. Cic. de Amic.

[*Tum*] *interdum augendi causa*, [*denique cum*] *adiicitur*. Cic. l. 5. Epist.

[*Tum*] *cum* [*si*]. Cic. pro Marc.

[*Tum denique*] *cum* [*si*] Cic. ad Q. F. l. 1. Ep. 1.

[*Tum demum*] *cum* [*si*] Plaut. Menech.

[*Tum vero*] *absolutè* Cic. pro Cluent.

[*Tum demum*] *absolutè* Liv. l. 2.

L. *Addam* hoc unum, multo tamen tempore post, toto, *prope quadraginta diebus interpositis* [*tum denique*] arma conclamarit, & prælium, magnâ utrinque contentione dimicatum est, victos in triumphavit secundò.

[*Tum denique*] *absolutè*. Cic.2.Ver.

Dialogus 114.

Lemnius. Nerinus.

L. QVoad vocem, gestum, vultum, & animum, contra illum elati animi hominem dextrè quidem disputasti. [*Tum*] *rationes in ea disputatione collectæ* responsum non admiserunt vllum; quippe quæ redarguendæ non essent. [*Tum*] *Græcè*, [*tum*] *Latinè disseruisti.*

[*Tum*] *pro deinde interdum usurpatur*. Cic.l 3.ep.1.

[*Tum*] *interdum iteratur pro modo modo.* Cic.Att lib.

N. Attentusne fuisti tu?

L. Maximè quidem, paucis à disputatione hac transactis diebus, cum ruri agerem, *scripsisti Epistolam ad me plenam consilii, summæque* [*tum*] *benevolentiæ* [*tum*] *etiam prudentiæ* ibi disputandi documenta percepi: ibi &è re nata, quomodo cum animi elatis faciendum sit verba fecisti. In Academia literatissima eductus fuisti tu, [*ubi*] artes floruerunt.

[*Tum tum*] *pro & &.* Cic. Att.lib.

[*Vbi*] adverbium loci, *sæpe usurpatur pro in quo vel in qua.* Cic. lib de Orat.

neque

neq; præter te unum quempiam usquam inveneram [*ubi*] animus acquiescat. In his mis quamplurima habentur scripta [*ubi*] ipse fructum insignem & multiplicem cepi quidem.

N. Ne plura. [*Vbinam terrarum*] fuisti tu, mensem à variis percontatus sum. [*Vbinam gentium*] esses tu homo.

L. Locum sanè mutavi, optimum quidem in pejorem: adeo est hominum natura universa, ut [*ubi*] *quisque sit*, [*ibi*] *esse minimè* velit. [*Vbi*] loci incommoditates mihi perspectæ fuere, quamprimum me in urbem recepi. [*Vbi*] magis apertæ mihi fuere ineptiæ, ex [*tum*] me hinc eduxi.

N. An in Tusculano fuisti?

L. Maximè, & in Pomœto tota die versabar attentus, quamplurimas transplantavi.

N. Quando autem fructum ferent?

L. [*Vbi*] triennes sunt, [*tum demum*] fructum ferunt. Vbi ad hoc tempus pervenerint tum denique optima producunt poma.

[*Vbi*] *accommodatur ad Personas.* Cic.l.ep.4

[*Vbi*] *accommodatur ad numerum multitudinis* Cic.pro Quinc.

[*Vbi terrarum*] *amplificationem continet* Cic.Att.l.5.ep.97.

[*Vbi gentium*] *amplificationem continet* Plau. Menech.

[*Vbi*] *interdum cum* [*ibi.*] Cic.l.5.ep 4

[*Vbi*] *sæpe etiam pro postquam usurpatur.* Cic.in Pison.

[*Vbi*] *interdum adsciscit* [*tum.*] Cic 6.Ver.

[*Vbi*] *interdum adsciscit* [*tum demum.*] Cato.45.

Dialog.

Dialogus. 115.

Nerius. Olimpus.

N. QVænam nova allata sunt Iulio?

[ubi] cum [statim] Cic. 3. ver.
[ubi] cum [continuò] Terent. Heaut.

O. Absque omni dubio tristia admodum: hæc enim [*ubi*] *nunciata sunt*, [*statim*] *exanimatus ad servorum ædes contendit* unde hæc acceperit, [*ubi*] quidam illi aperuit ostium, alter quispiam [*continuò*] occurrit qui omnia confirmavit. Valeas.

N. Tantisper maneas, pauculis enim te volo. O. Equidem discedo.

[ubi] cum [ibi] Ter. Andr.
[ubi] cum [quamprimum] Cato, cap. 64
[ubi] cum [illico]. Pl. Amphit.
[ubi] cum [subito] Cæs. l. de Bel. Civili
[ubi] cum [extemplò] Plaut. Epid.

N. [*Ubi*] te bene inveneris, [*ibi*] morare aliquandiu [*ubi*] gravissima tibi tractanda sunt, & expedienda; tunc [*quamprimum*] eas, hæc inquam [*ubi*] tibi in mentem veniunt [*illico*] festines. [*Ubi*] quid tibi agendum sit rectè perpenderis, [*subito*] temere subtrahas. Et si ita tecum nunc res sese habet: [*ubi*] *erit otium revertere ad me* [*extemplò.*]

[ubi primum] cum [illico] Plaut. Menecch.

O. [*Ubi primum*] potero; [*illico*] occurram.

N. Ah! ne revertere quidem. [*Ubinam*] promissis satisfit? •

[*Tanquam*] *sæpe est ad-verbium similitudinis.* Cic 2. Phil

[*Tanquam*] *sæpe iungi-tur cum* [*Si*] *interdum cum ita, vel itidem.* Cic pro Rosc m

Admonitio.

In comparationibus & similitudinibus, Cicero tanquam usurpat libentius quã velut

[*Tantisper*] *est tanto, vel tantulo tempore.* Plaut. Aul.

[*Tantisper*] *interdum adsciscit* [*dum*] Ter. Adelph.

[*tantus*] *adsciscit* [*quantum*] idque vel *uno duntaxat verbo, vel diversis, vel eodem iterato.* Cic. lib. 5. Ep. 8.

[*Tantus*] *,* [*quantus*] *eodem verbo iterato* Cic. att. l. 5. Ep. 10.

[*Tantus, Quantus*] *cum verbis diversis.* Cic. de Amic.

[*Tantus*] *interdum assumit* [*Quantum maxime*] Cic. de Amic.

[*Tantus*] *nonnunquam assumit* [*ut*] Cic. de Amicitia.

[*Tantum quantum*] non est idem quod tam quam, sed *tam multum quam multum.*

T. Fiat. S. [*Tantisper*] *hic ego a[d] januam concessero.*

T. At tu simul ingredere.

S. Minime gentium, non faciam. *Eg[o] hic* [*tantisper dum*] *exis te opperiar for[is]* Hic, hucusque moratus sum, cur aute[m] tamdiu tardaris ?

S. Quo fato plane nescio. Quan[ti] plurimi in me insurrexerunt adversari[i] [*Tanta*] *contentione decertavi* [*quanta*] *nunquam* in ullo discursu. *Ego in vi[ta] mea nulla unquam voluptate* [*tanta*] *[...] affectus* [*quanta afficior*] *hac integrita[te] quam* profitear. [*Tantam*] hanc justi[ti]am, quippe meam, clarissime [*exposui*] [*quantum*] *non* [*queo*] *dicere.* [*Tanta*] *est inter eos* & me [*quanta maxima*] *p[o]test esse morum studiorumque dissensi[o]* [*Tanta*] *est* Iustitiæ Pulchritudo [*ut*] omnibus virtutibus supereminere vide[a]tur. Iustitiam colo, & illam in dies la[u]dibus effero. [*Tantusque*] penitus *su[m]* [*quantus*] *est sermo.*

T. Injustis [*tantundem*] attribuit [*quantum*] iis qui animum recte dep[o]nunt.

Itaque non cum nominibus & Participiis, sed *cum verbis usurpari sol[ent]* [lege tam quam.] Tantum autem & quantum, adjunguntur tum verbo u[no] tum duobus diversis, tum eidem iterato. Cic. Att. l. 1. Ep. 16. *Pro tant[o] interdum* [*tantundem*] dicitur. Cic. 5. Ver.

Dialog[us]

Dialogus. 109.

Vdinus. Labirinus.

V. MAle me jam habeo.
L. Quî autem fit?

V. Ni his natalitiis, cum nimis indulserim genio, in me hanc ægritudinem imprudenter contraxerim, me latet.

L. Parum consulto. [*Tantum*] *enim Cibi & Potus adhibendum* [*ut*] *reficiantur vires, non opprimantur.*

[Tantum] assumit [ut] Cic. de Senec.

V. De exercitu Romano quid novi allatum est?

D. Omnia ei prospera quidem esse passim fertur. [*Tantum*] *est nomen & opinio exercitus* [*uti*] *etiam ad ultimas Germanorum Regiones pervenerit.*

[Tantum] assumit [uti] Cæs l. 4. de Bello Gal.

V. Quid tandem de strenuo illo in Africos exercitu? L. Nondum certe dimicavit cum Africo. Vterque utrinque in conspectu fuere. [*Tantum*] *prima acies aberat,* [*uti ne*] in utrumvis exercitum *tela tormentaria adigi possent.* At caveant sibi adversarii nostri quippe quod Romanorum virtus & fama [*tantum*] increbuit. V. *Vrbs* [*tanta*] *& talis* est illa Roma, quæ floridam Iuventutem, & quod magis est, duces pereximios nutrit. genio Romanus omnem præcedit gentem

[Tantum] cum [uti ne] Cæs l. 3. de Bel. Civili.

[Tantum] adverbium absolutè. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Ep. 2.

[Tantus] & tantum, nomina, interdum absolute ponuntur. Cic. 3. de Nat. Deor.

gentem. Tantum ingenium non potest non sese in præclarissima ingerere. De Romanorum dotibus; & gestis quamplurima recensere possem. At me hinc quamprimum recipiendum est.

[*Tantulum*] nomen, cui quam nullus opponitur. Cic. 4. Ver.

L. Aliquantisper autem morare quæso: *Si* [*tantulum*] *mora* mihi concedas, de Romanis, & eorum legibus, varia illa quidem & insignia tibi narrabo.

[*Tantum abest*] iungitur cum [*ut*] interdum assumit vix, vel etiam. Cic. 1. Offic.

[*Tantum abest*] iungitur cum [*ut vix*] Cic Att. lib. 13. ep. 21.

[*Tantum abest ut*] cum [*etiam.*] Cic. 5 de Fin.

V. [*Tantum abest ut*] tantulum moneam, ut ad duas horas hic apud te futurus sim, si ita vis.

L. [*Tantum abest*] ut te duabus detinerem, [*ut vix*] semihoram te retardaturus sim. Vnum jam solum de Populo Romano tradam, [*tantum abesse ut*] otium *sectentur*; [*etiam*] *curas, sollicitudines, vigilias perferunt.* Eas autem, & plura super his alias dicturus sum.

Dialogus 110.

Alanus Bonaventura.

A. IAcobum, Ieronimi causam egisse fertur. Ille aliorum consilio eum usu fuisse affirmat; & [*tantum abesse*] dicebat. [*ut*] *ea consentanea essent* [*ut maximè*] *repugnarent*. Deinde a

[*Tantum abest ut*] adsciscit interdum [*ut maximè*] ut minimè, ut valdè, & alia eiusmodi. Cic. 1 Acad.

ob amicitiam cum illo, illum non potuisse non prudenter consuluisse.

B. Amicitiam ob paupertatem insectantur egeni.

A. [*Tantum abest ut*] *amicitia propter indigentiam colatur*, [*ut*] *ij qui* [*minimè*] *alterius indigeant* eandem amplexentur. Hoc Problema abhinc quindecem diebus cum eruditissimo *Thoma* agitavi, qui tandem mecum una sensit, pau cis autem post diebus illum iterum conveni, tunc in opinionem longè diversam secessit. [*Tantum abest ut*] *ille meam sententiam moveat*, [*ut valde*] *ego ipsi quod de sua sententia discesserit, panitendum putem.* *Nomen* [*tantum*] amicitiæ *usurpant* quamplurimi quid *ipsa valeat ignorant*. Ego hæc [*tantummodò*] loquor. Doctos aliquando errare animadvertas. Aderat quidam advena, & is, magni nominis, argumenta mea totis viribus refellere tentavit: at [*tantum dico*] ridicula protulit. Quantum in aliis valeat, ignotum mihi est. [*Tantum videbam*] illum assertionis meæ statum minus intellexisse, *Nihil dicam arrogantiùs*, [*tantum dicam*] me quid in hac re decernendum sit ex frequentissima meditatione apprimè novisse. Et inquam [*non tantum*] *parum commodè* se expressit iste; sed etiam ineptissimè. Meus quidem discursus optatum consequutus esset finem, [*tantum non*] *feci* Corollarium.

[*Tantum abest ut*] *adsciscit interdum* [*ut minimè.*] Ci. de Amic.

[*Tantum abest ut*] *adsciscit interdum ut valde.* Cic. Att. lib.

[*Tantum*] *adverbialiter, sæpe pro solum, aut duntaxat usurpatur.* Cic. Parad.

[*Tantummodò*] *adverbium, sæpe pro solum, aut duntaxat usurpatur.* Cic l. 2. de Nat. Deor.

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*dico*] Cic. Att. lib. 10. ep. 4.

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*video*] C. l. ep. 18

[*Tantum*] *sæpe iungitur cum* [*dicam.* Cic. pro Mur.

[*Non tantum*] *pro non solum.* Cic. 1. de Orat.

[*Tantum non*] *est, hoc solum defuit.* Liv. lib. 4.

larium.

Dialogus III.

Calius. Dodrigius.

C. INsigni quidem Charactere utitur Boninus, quinimmo & is literis tum Græcis tum Latinis apprime eruditus est. [*Tantum quod*] scriptis [*non*] aptè interpungit.

D. Parum refert sive rectè, sive non, punctis clausulas quidem distinguas.

C. [*Tanti*] *mihi crede* [*est*] sin minus vix poterit Authoris sensus rectè apprehendi.

D. Antiquiores ferme omnes de judicij obice, aut de oscitantia saltem arguis, qui hæc non solum non neglexere, sed defendere [*nihil esse tanti*] Perpauci autem quadantenus admiserunt [*nihil*] *tamen* [*tanti esse*] existimarunt [*ut*] absque iis oratio non admodum obscuram fore arbitrarentur, [*Nihil tanti est quo*] authoris sensus obfuscetur

C. Nescio qui fit te in dicam tam improbabilem [*tantopere*] laborâsse.

D. [*Tantopere*] dissertationem non affecto [*quantopere*] disputationis finem, quæ est declarata veritas. At tu rationes adducas tuas, ut veritas eò magis perspicua

[*Tantum non*] *interdum interponitur quod, ut ut* [*tantum quod non*] Cic. 5. Ver.

[*Tanti est*] *pro expedit, eleganter ponitur.* Cic. 6. Ver.

[*Nihil tanti est*] *pro non expedit, aut non tanti faciendum est, elegantissime dicitur.* Cic Att. l. 1.

[*Nihil tanti est*] *interdum adhibetur cum* [*ut*] Cic. Att. l. 12. Ep 3.

[*Nihil tanti est*] *cum* [*quo*] *interdum.* Cic. Brut. in epist. Cic. l. 16

[*Tantopere*] ex tanto opere. Cic. pro Mur.

[*Tantopere*] *interdum assciscit* [*Quantopere.*

tua mihi innotescat. [*Tantopere*] apud sapientes colitur veritas, [*ut*] ii omnem derelinquant opinionem & illi adhaereant. Non loquor haec [*temere*], ut recte novisti.

[*Tantopere*] interdum assumit [*ut*] Ci.1.Off. [*Tantò*] est quod partim dicitur ratio. Cic l.2.Ep.

Dialogus 112.

Eudemus. Gandavensis.

E. Circuli quadraturam non dari affirmant quidam. In hanc assertationem disputant alii. Diversas eruditorum opiniones non possum non mirari.

G. At te magis admiror. An non vetus illud audisti aliquando & percepisti: [*Quot*] homines, [*tot*] sententiae. Et cum [*tot*] experientiis confirmatur, [*ut*] ex quotidiana praxi penitus stabiliri videatur, dicam, en stuporem! Super hac re sermocinabantur septem dignissimi homines: [*tot*] viri fuere, ac idem confirmarunt illi. Varietas undique adinvenitur, immò & in hominum vocibus. *Vocis enim mutationes* [*totidem*] *esse* [*quot*] animorum perspiciuntur.

[*Tot*] *fere assumit* [*quot*] *vel ut*, Cic 2: de Orat.

[*Tot*] *cum* [*ut*] Cic. l.5.Ep.20.

[*Tot*] *interdum absolute ponitur.* Cic. pro Cael.

Admonitio.

Tot ad numerum, tanti ad magnitudinem referuntur.

[*Totidem*] *adsciscit* [*quot*] Cic. in Orat.

E. Discursum omnem mihi referre potes?

G. Immò quidem, & fere dixerim,

[*Totidem*] nonnunquam absolutè ponitur. Cic.2.de Fin.

[*Toties*] plerumque absolutè ponitur. Cic. Att. lib.7.

[*Toties*] interdum assumit [*Quoties*] Cic. l7.ep.7.

[*totidem*] *verbis*. Tuque alias me hæc referentem audivisti.

E. Iam iterum referas quæso.

G. [*Toties*] repetii ut operæ pretium non esset plura loqui.

E. Non [*toties*] hæc narrâsti [*quoties*] ipse exoptarem. G. Vis denuo recenseam? E. Maximè. G. [*Tum*] morem tibi geram.

E. At prius mihi narres, causane tua tibi ut sperabas successit.

[*Tum*] *pro tunc* usitatissimum est. Cic. pro Quinc.

[*Tum*] *sæpe confertur cum* [*nunc*] Cic. Att. lib.9.ep.ult.

G. [*Tum*] cum te conveni mihi spes erat maxima, [*nunc*] *quidem ego* in nulla spe.

Dialogus. 113.

Heliodorus. Iberius.

H. QVamdiu est quod Liloardus fuerit comes.

[*Tum*] *sæpe assumit* [*cum*] Cic.2.Phil.

[*Tum*] *sæpe assumit* [*cum jam*] Cic. in par.

I. Hoc me latet. At [*tum*] com[...] fuit [*cum*] in Belgas secum duxit exercitum. [*Tum*] inquam [*cum jam*] illos debellare incipit.

H. Qui autem fiebat cum tot difficultatibus undique & undique esset circumseptus, illi tamen omnia tam auspicatò successisse. I. Nova ab omni gente accesserunt illi præsidia, illum & munificium,

cum, & in militari disciplina præclarum audito. At ipse difficillimam in se suscepit provinciam.

H. Attamen virtus [*tum maxime*] elucet [*cum*] quispiam in arduis versetur rebus. Verbo hoc; illum solertem, nec non magnanimum apparet. In brachio grave vulnus illi ab hasta impingitur, cujus cuspidis portiuncula infixa fuit. Noluit tamen ipse, ne præ dolore, ne præ periculo Chirurgos statim consulere, ad præclara quidem intentus. [*Tum denique*] *sibi avelli jubebat* [*cum*] hostes fugasset.

[*Tum*] *augendi causa interdum* [*maxime cum*] *adiicitur*. Cic. de Amic.

[*Tum*] *interdum augendi causa*, [*denique cum*] *adiicitur*. Cic. l. 5. Epist.

I. Mira narras. Hujusmodi patientia, una cum magnanimitate literis aureis describi meretur, ut sempiternæ memoriæ sacrum. Quæ [*tum*] gratiora unicuique videntur [*si*] successu coronentur.

[*Tum*] *cum* [*Si*]. Cic. pro Marc.

H. Fælix exitus semper magnanimos attendat. Si autem illi non accessisset auspicatò, non reprehendendus adveniret, sed laudibus efferendus. [*Tum denique*] laudandus est quisque [*si*] strenuè & rectum consilium sibi adhibeat. [*Tum demum*] suis quasi depictus meritis apparebit, [*si*] prius consulta seriò perpendantur; [*tum vero*] his perspectis, exultare lætitia ac triumphare gaudio incæpiunt omnes. Nam si à duce officium undiquaque perfunctum sit, [*tum demum*] milites animantur.

[*Tum denique*] *cum* [*si*] Cic. ad Q. F. l. 1. Ep. 1.

[*Tum demum*] *cum* [*si*] Plaut. Menech.

[*Tum vero*] *absolutè* Cic. pro Cluent.

[*Tum demum*] *absolutè* Liv. l. 2.

I. Addam hoc unum; vulnere curato, prope quadraginta diebus interpositis, [tum denique] arma conclamavit, & prælium, magnâ utrinque contentione dimicatum est, victor is triumphavit secundò.

[Tum denique] absolutè Cic. 2. Ver.

Dialogus 114.

Lemnius. Nerinus.

L. QVoad vocem, gestum, vultum, & animum, contra illum elati animi hominem dextrè quidem disputasti. [*Tum*] *rationes in ea disputatione collecta* responsum non admiserunt vllum; quippe quæ redarguendæ non essent. [*Tum*] *Græcè*, [*tum*] *Latinè disseruisti.*

[Tum] pro deinde interdum usurpatur. Cic. l. 3. ep. 1.

[Tum] interdum iteratur pro modo modo. Cic. Att. lib.

N. Attentusne fuisti tu?

L. Maximè quidem, paucis à disputatione hac transactis diebus, cum ruri agerem, *scripsisti Epistolam ad me plenam consilii, summaque* [*tum*] *benevolentiæ* [*tum*] *etiam prudentiæ* ibi disputandi documenta percepi: ibi & è re nata, quomodo cum animi elatis faciendum sit verba fecisti. In Academia literatissima eductus fuisti tu, [*ubi*] artes floruerunt.

[Tum tum] pro & &. Cic. Att. lib.

[Ubi] adverbium loci, sæpe usurpatur pro in quo vel in qua. Cic. lib. de Orat.

neq; præter te unum quempiam usquam inveneriim [ubi] animus acquiescat. In his mis quamplurima habentur scripta [ubi] ipse fructum insignem & multiplicem cæpi quidem.

N. Ne plura. [Vbinam terrarum] fuisti tu mensem à variis percontatus sum. [Vbinam gentium] esses tu homo.

L. Locum sanè mutavi, optimum quidem in pejorem; adeo est hominum natura universa ut [ubi] quisque sit, [ibi] esse minimè vellet. [Vbi] loci incommoditates mihi perspectæ fuere, quamprimum me in urbem recepi. [Vbi] magis apertæ mihi fuere ineptiæ meæ [tum] me huc contuli.

N. An in Tusculano fuisti?

L. Maximè, & in Pometo tota die versabar attentus, quamplurimas transplantavi.

N. Quando autem fructum ferent?

L. [Vbi] triennes sunt, [tum demum] fructum ferunt. Vbi ad hoc tempus pervenerint tum denique optima producunt poma.

[Vbi] accommodatur ad Personas. Cic.l.ep.4

[Vbi] accommodatur ad numerum multitudinis Cic.pro Quinc.

[Vbi terrarum] amplificationem continet Cic. Att.l.5. ep.97.

[Vbi gentium] amplificationem continet Plau. Menech.

[Vbi] interdum cum [ibi.] Cic.l.6.ep 4

[Vbi] sæpe etiam pro postquam usurpatur, Cic.in Pison.

[Vbi] interdum adsciscit [tum.] Cic 6.Ver.

[Vbi] interdum adsciscit [tum demum.] Cato.45.

Dialog.

Dialogus. 115.

Nerius. Olimpus.

N. QVænam nova allata sunt Iulio?

O. Abique omni dubio tristia admodum: hæc enim [*ubi*] *annunciata sunt*, [*statim*] *examinatus ad Ieronimi ades contendit* unde hæc accepit, [*ubi*] quidam illi aperuit ostium, alter quispiam [*continuò*] occurrit qui omnia confirmavit. Valeas.

[*ubi*] *cum* [*statim*] Cic. 3. ver.
[*ubi*] *cum* [*continuò*] Terent. Heaut.

N. Tantisper maneas, paucis enim te volo. O. Equidem discedo.

N. [*Vbi*] te bene inveneris, [*ibi*] morare aliquandiu [*ubi*] graviora tibi tractanda sunt, & expedienda; tunc [*quamprimum*] eas, hæc inquam [*ubi*] tibi in mentem veniunt [*illico*] festines. [*Vbi*] quid tibi agendum sit rectè perpenderis, [*subito*] temere subtrahas. Et si ita tecum nunc res habet: [*ubi*] *eris otiosus revertere ad me* [*extemplò.*]

[*ubi*] *cum* [*ibi*] Ter. Andr.
[*ubi*] *cum* [*quamprimum*] Cato. cap. 64
[*ubi*] *cum* [*illico*]. Pl. Amphit.
[*ubi*] *cum* [*subito*] Cæs. l. 1. de Bel Civili.
[*ubi*] *cum* [*extemplò*] Plaut. Epid.

O. [*Vbi primum*] potero; [*illicò*] occurram.

[*ubi primum*] *cum* [*illico*] Plaut. Menech.

N. Ah! ne revertere quidem. [*Vbinam*] promissis satisfit?

O. [*Vbinam gentium*] summus quod iustis nulla detur fides?

[*ubinam*] *cum* [*ubinam Gentium*] *vim habet augendi*. Cic. lib. 1. de nat. Deor. Cic. pro Cæl.

N. Crediderim

N. Crediderim sane te jam multis non esse implicitum negotiis. At nemo est quis [*ubivis*] *quam ibi ubi est, esse malit.* Omnes fere [*Ubicunque*] sunt hoc idem sentiunt. [*Ubicunque gentium*] sunt, idem exoptant. [*Ubi ubi*] fueris, passim sunt hominum Eloquia. At quo tandem te recipis?

O. Rus. N. Quid? [*Vel*] fructus causa, [*vel*] oblectionis. [*Vel*] quod tibi valde placet, [*vel*] quod maximè displicet videbis. Quid tandem est quod ibi expectes dicas [*vel*] precibus, [*vel*] amicitia, [*vel*] comitate motus.

O. Tibi statim respondere minimè potero.

N. *Nulla est tam facilis res, qua non difficilis fiat, quam invitus facias*: [*vel brachiorum motu.*

[ubivis] ubicunque, ubi ubi eandem pene vim habent. Cic. l. 6. Ep. 2.

[ubicunque.] ut supra. Cic. 7. ver.

[ubicunque gentium] ut supra. Cic. l. 1. de Nat. Deor.

[ubi, ubi,] ut supra. Cic. 1. Tusc.

[vel vel] pro tum, tum *usitatissimum est.* Cic. 1 de Orat.

[vel vel] *interdum disjunctive usurpatur.* Cic ad Q. Fr. lib. 2 ep. 6.

[vel] *sæpius iteratum est.* Cic. pro Ligar.

[vel] *sæpe pro velut, in re aliqua præcipua* Ter.

Dialogus 516.

Pontanus, Piccolomineus.

P. AEs alienum mihi adsciscere coactus fui. P. At Quomodo? P. Facilè conjectari poteris. *Si nullo alio pacto, vel* Fænore acquirendi mihi essent numini. [*Vel quod*] si ulterius loquar, plus solito feneratori persolvendum

[vel] *non raro usurpatur pro saltem.* Ter. Phorm.

[vel quod] *in principio sæpe indignationem continet.* Cic. pro Planc.

[Vel] alias pro etiam. Cic. 3. de legib.

Admonitio.

Vel pro etiam affirmando duntaxat usurpatur: nam negando, ne quidem, adhiberi solet, una aut altera voce interposita, ut ne tu quidem, ne ille quidem, & alia ejusmodi.

[Vel] sæpe superlativo gaudet. Cic. 1. de Nat. Deor.

[Vel maxime] Cic. Att. in Orat.

[Vel optime] Cic. lib. 1 de Fin.

[Velut.] Adverbium similitudinis, pro sicut. Liv. l. 1.

[Velut] interdum assumit [sic] vel ita Cic. 1 Tusc.

Admonitio.

In comparatione, itemque in similitudine declarandi, Cicero libentius Quasi, aut tanquam dicit, quam Velut.

[Velut] pro exempli causa, etiam Ciceronianum est, Cic. 2. de Fin.

vendum est; istorum quorundam ingenium est, [vel] dicam omnium; ut si quempiam nummis pœnè destitutum viderint: tunc ex iis ne unus, nisi pacto injusto pecunias iis erogabit.

P. Cur autem Bardelium non adiisti?

P. Quid refers? Ille [vel maximus] nebulo. Ex industria illum quidem declinavi, cum [vel maxime] semper apparuerit illum avarissimum, æquè ac injustissimum esse.

P. Fecisti [vel optime] cum ita prius intellexeris. At quid? An se hæc justo posse facere autumant?

P. [Velut] providentia Divina & Dei nutu hæc sibi deberi profitentur. [Velut] divina providentia cete æstuarium appellere factum est, in magnum ejusdem emolumentum: [sic] illi hujus indigentis inopiam ex providentia Divina illis in eorum utile præordinatum accessisse profitentur.

Dialogus 117.

Rhedius, Servillinus.

R. PHilautia multis Ruinæ fuit: [velut] ipsi Bandino, qui & sibi,

bi, de suo judicio nimis sanè fidem adhibuit, & inde ... imprudenter perdidit. [*Vix*] tertium superbum quenquam inveneris, qui fœlix aliquando evaserit. [*Vix dum*] tres *dies* Romæ *fuisset*, quin magnatis cujusdam causam in se suscepit & peroravit; cum triginta dies super eadem meditandum esset illi profectò, ut hanc adeo perplexam rite capesceret. [*Vix*] *sex dies intercesserant* [*cum*] ille de ineptiis palam detegitur. [*Vix dum*] hæc audiveram, [*cum*] *ad me venit* Strabo, qui exactissimè omnia mihi retulit. Jam autem ita vilipenditur, ut [*vix*] illius vocem [*nedum*] sermones ad Periodes usque audiri ferunt. Illum, [*vix*] aut [*ne vix quidem*] associari volunt, aut [*vix*] aut [*nullo modo*] illum legis esse peritum admittunt; sed à foro meritò abigendum esse.

S. An adhuc plura super hoc homine dicenda restant?

R. At pace tua prosequar. [*Vix tandem*] narrationi finem imposuit iste, quin & alter accessit, qui singula quæque confirmavit. [*Vix*] patientiæ compos fuit: [*Sed tamen*] me cohibui: nec ipse in illum quicquam invexi.

R. [*Ultra*] *Syllanam villa est, quam puto sibi notam esse*. Ejusdem est ille loci. Observat ibi ex iis quisque quod si in ulla causa peroraverit unquam, *longum ibi exordium inveniri*; quod pluribus

[Vix] *imminuendi, ac penè negandi vim habet*. Cic. 2 Acad.

[Vix] *interdum assumit* [*dum*] Cic. lib. 1 2 Ep. 4.

[Vix] *sæpe assumit* [*cum*.] Cic. 2. Deor.

[Vix] *alii sæpe assumit* [*cum*.] Cic. Att. l. 9. Ep 2.

[Vix] *alias adjicitur* [*ne dum*.] Nam vix continet negationem quæ præcedere solet nedum. Liv. lib. 34

[Vix] *alias additur* [nullo modo], vel aliquid ejusmodi. Cic. Att. l. 1 1.

[Vix tandem] *diuturnitatem, expectationem* declarat. Cic. 5. Lep. 9.

[Vix] *cum* [*sed tamen*] ut supra. Cic in Pis.

[Ultra] contrarium habet citra, & *significat Trans*. Cic. Att. l. 12

bus

bus verbis, aut sententiis, [*ultra quam satis est*], *producit, ut nihil possit* [*ultra*] *cogitari.*

[*ultra*] *non verò assumit* [*quam*] Cic. 1. de inventione.
[*ultra*] *absolutè*, Cic. Att. l. 5, Epist. 14

Dialogus 118.

Trivisanus, Valla.

T. Affini meo *Thomæ* me valdè obstrictum esse mihi videor. Nam in omni Officiorum genere adeo promptum sese mihi demonstravit, ut *nec mihi quicquam in mentem venit, quod non* [*ultro*] *mihi ipse detulerit*. Cum de me nihil prorsus audivit, [*ultro*] *ad me venit*.

[*ultrò*] ex contextu varias significationes accipit. Nam cum *rogatio* opponitur, est *sponte*, *non petenti* & *non postulanti*. Cic. l. 4. Ep. 13.

V. Novi hominem Injustos & superbos odio habet. & is talis est, *ut non modo nullius audaciæ cedat*; sed etiam *omnes id genus* [*ultro*] *lacessat*.

[*ultro*] ut supra, Cic. 2. de Fin.

T. [*Ultro citroque*] *cursitabat* quidam ut illius manus effugeret.

[*ultro*] *interdum significat insuper*. Cic. Catil. 3

[*ultro citroque*] *dicta sunt pro ultra citraque*. Cic. pro Rosc.

V. Anne is naturæ liberalioris est?

T. Ingenuus is est, & admodum liberalis semper fuit. Plura ipse dat, quam accipit. Quidam divitiis, nobilitate, & animi splendore insignis quamplurimis illum donavit; hinc factum est quod *Beneficia* [*ultro citroque*] *data & accepta*. Si dignitate par ille ulli sit, sive inferior: utiq; dat uni, reddit etiam alteri.

[*ultro citroque*] *interdum per translationem usurpatur pro mutuò*. Cic. l. 1. Offic.

V. Fertur

V. Fertur illum eruditissimum esse.

T. Nec mirum. *Multo enim dicit oratorias quam ille ipse* [*unde*] *cognoverit. Omnes* [*undique*] *flosculos carpsit.* Vno verbo ; [*undique*] perfectus est.

[*Vnde*] est propriè est adverbium loci locendum tamen & ad personas, & ad alias res accommodatur, ponitur que elegant er pro ex quo, ex qua, vel ex quibus. Cic. 1. de Orat.
[*Vndique*] est ex omni parte de loco propriè dicitur. Cic. pro Beat.

Dialogus, 119.

Aemulator. Blandians

A. CVr fiebat quod cum ipse ad te quam humanissimè scripserim, nullas tamen ad me responsorias dedisti literas?

B. Quid est tantú in [*uno*] aut [*altero*] die. Cum commodè potui, tunc [*uni*] *Epistola respondi*, & [*alteri.*] In tertiam quidem ipse animadvertor ; quæ quidem tetrica, & tuo sanè judicio admodum indigna. [V*na*] epistola, prima scilicet mitis fuit, & suavis. [*Altera*] mixta. [*Tertia*] autem severa, & valde proterva ; [*unum alterum*] diem, ad mensem usque desiderabantur mihi amicorum literæ, cum ipsos sæpius scriptis incitarim & tamen non hinc evasi tetricus. [V*num alterum*, quinetiam & [*plures*] menses literas expectavi ; frustra tamen. Plures aliquando scripsi, quorum subjectum *quidē omninò unum & idem fuit: an non* [*unus aliquis*] tibi occurrit unquam qui hocce

[Vnus] & [*alter*] pro duo usurpatur. Liv. l. 9.
[Vnus, alter] distributivè. Cic. lib. 2. ep. 17.

Cum res plures duobus numerantur, dicimus, [*unus, alter, tertius*]. Cic. 1 Acad.
Interdum pro tertius, reperitur [*plures*] aut aliud ejusmodi, post unum alter, plures. Cic. 6. ver.
[*unus*] interdum jungitur cum [*&*] sive atque [*idem*] Cicero Divin.
[*unus aliquis*] unus, aliquis, unus quivis, *se me extenuandi* vim habet. Cic. 10. Phil.

[*Unus aliquis*] inter. dum pro quispiam, Cic. 2 Offic.
[*Unus*] pro solum, non unus non est. Cic. de divin.
[*Ad unum*] est nullo excepto. Cic. de Amicitia.
[*Unus ex omnibus*] vel inter omnes magnam vim habet augendi; quia unus confertur cum omnibus. Cic. 2 Catil. [*Unus inter omnes*] ut lupes, Cic. in Orat. [*unus omnium*, Virg 2 Eneid.

[*Unus*] & [*alter*] pro ... [*Unus*, *alter*] ... Cic lib ...

Cum pro plurali ...

[*Unus*] *interdum* [*omnium*] *aut solus.* Cic. Ad ...
[*Unus solus*.] Cic. pro Rhab.
[*Usquam*] *est alicubi, seu aliquo in loco.* Cic. de Amic.
[*Usquam*] *est ullo in loco*. Cic. pro Flac.
[*Usquam*] *interdum additur* [*gentium*] Ter Hecyr.

cœ modo expectationem fefellerit. *Unum* [*aliquem*] ... aucu... tes? alam tibi ... est. Panætium, qui [*unus*] è Stoicis ... hanc gravissime reprehendit; ac Philo... sophorum cæterorum omnium secta... [*ad unum*] ita *sentiunt*. Ille autem [*u*... *nus*] Panatius [*ex omnibus*] primus fu... [*Unus inter omnes*] is sapiens habitus e... [*Iustissimus*] etiam & ipse [*unus*] fu...

Dialogus 110.

Corambus, *Delfius*.

C. QUis huic is, quem heri com... nisti? D. Observasti ne lo... quendi morum modumque? [*Unus* ... *unum*] *loquacissimus*] quorum litter... frequentes passim adinveniuntur. C... [*unus*] is est [*solus*] Civitatis in ... præsumptuosus. Si [*usquam*] hujusm... di virum novisses unquam illum conte... nas. [*Usquamne*] huic similis reperi... potest? An *quisquam* [*usquam gentium*] est æquè stolidus ac iste? certè quide... mi...

mihi vertitur in dubium.

C. Id genus homines passim occurrunt: at nullus illi secundus profectò. At ubi temet oblectasti heri?

D. In foresti Palatio; *nec vero* ad septimam horam pomeridianam [*usquam*] discedebam. C. Primum autem recitemus discursum.

D. [*Usque ad*] *Thaletem dixit se sententias Philosophorum* [illegible], cum nihil quidem minus. Verum Proverbium [*usque ab*] *Aristotele* est, quod qui de se magis praesumit, minus novit. Immo quid dixerim? [*Usque*] *ex ultima Syria atque Aegypto* [illegible]. [*Usque ad*] *hoc tempus* illi similem non audiverim unquam.

C. [*Usque*] curiosus [illegible] ipse [illegible], ut nunquam [illegible] hujusmodi homines associentur. *Adsis* [*usque*]: *certè erit* [*dum*] vixero. D. [*Usque quoad*] haec plenè observârim, hujusmodi inveniri posse vix crediderim. At jam tandem discedo. C. Hic manebo [*usque donec*] *redieris*. [*Usque eo dum*] redieris attentissime legam. [*Usque eo*] hic manebo [*quoad*] negotia tua expediveris.

Dialog.

[Usquam] *nonnunquam est ullum in locum.* Cic. 1 de Repub.

[Usque à] *vel ab, aut ex, cum amplificatione significat locum unde.* Cic. de Orat.

[Usque ab] ut supra. Cic. de Divin.

[Usque ex] ut supra. Cic. [illegible] Ver.

[Usque ad] *interdum pari amplificatione declarat locum ad quem.* Cic. 6 Ver.

[Usque] *saepe* [illegible] *persequerant,* [illegible] *quandam declarat.* Cic. l. 12 Ep. 19.

[Usque] *saepe assumit* [*dum*] Cic. l. 12. ep. 19.

[Usque] *saepe assumit* [*quoad*] Cic. in Brut.

[Usque] *saepe assumit* [*donec*] Ter. Adelph.

[Usque eo] *jungitur cum* [*dum*] Cic. 2 de Nat. Deor.

[Usque eo] *cum* [*quoad*] Cic. pro Deiot.

Dialogus. 121.

Emilius. Fendinus.

E. Orationem ab hinc paucis diebus declamavit *Bembus*; hanc autem paucis placuisse perspectum; hinc [*usque eo*] fuit commotus, [*ut*] se nunquam in publico amplius peroraturum decreverit.

[*usque eo ut*] *pro adeo ut, eleganter usurpatur.* Cic. 6. ver.

[*usque eo ut*] *ut supra* Cic. in Orat.

F. [*Vsque eo*] *morosi sunt* vulgus [*ut*] iis *non satisfaciat Divinissimus homo.*

E. Illum sermone tetricum fuisse urgent [*Vsque eo*] loquutus est [*ne*] adulator ullatenus diceretur: quinimmo adulatorem semper odio habuit. [*Vsque eo ut*] omnes admonitos velim vulgi censuram negligant. Vulgus carpit fere omnes; [*usque adeo*] hallucinatur.

[*usque eo ut,*] *pro adeo ut, interdum usurpatur.* Cic. pro Quinct.

[*usque eo ut*] *pro adeo ut, eleganter poni so-* Cic 6. ver.

[*usque adeo*] *interdum in Epiphonemate adhibetur.* Cic 7 tusc 3.

F. Optimates autem quid senserunt ipsi?

E. Vsque adeo] iis satisfecit [*ut*] nihil addi possit. Confidenter ipse mentem suam deposuit; [*usque adeo quoad*] vulgi murmura persentiscere videbatur.

[*usque adeo ut*] *vel ut, idem quod usque eo ut, sed gravius.* Cic. pro Flacc.

[*usque adeo*] *cum* [*quoad*] *vel donec, idem quod usque eo quoad.* Cic. pro Sext.

F. Quid autem deinceps factum est?

E. [*Vsque eo*] prosequutus est [*donec*] illos acclamantes audiverit. Tum [*usque adeo*] *turbabatur* ut nihil magis

[*usque eo*] *cum* [*donec*] *ut supra.* Ter And.

[*usque adeo*] *absolute ponitur.* Virg. Eclog. 1.

F. Parum

F. Parum quidem discretè fecit, qui ullatenus illis attenderit.

E. [b *Vt*] dicis [*ita*] est. *Usque quaque sapere oportet.*

F. [*Vereor ut*] *hic dies mihi satis sit* super vulgi natura loqui: Attamen [*ut*] *initia posui,* [*sic*] liceat mihi aliquantisper progredi. [*Vt*] vir doctissimus is est, [*Item*] mihi crede optimè se gessit: præterquam in hac animi dejectione. Cras illius Orationis summam tibi aperiam.

E. At non facies autem?

F. [*Vt*] tibi promisi [*Ita*] faciam.

[b *Vt*] *pro quemadmodum plerumque adjicit* [*ita*] *vel sic vel item plerumq;* Cic l. 1. ep. 16 [V*sque quaque*] *est idē fere quod ubique, aut undique, & omni ex parte.* Cic. lib. 7. ep. [*Vereor ut*] *est velim, sed timeo.* Ter. Eun. {*Vt sic*] ut supra Cic. Att. lib. 10. ep. 16 [Vt *item*] ut supra. Cic. 2. de legibus. [*Vt*] *cum* [*ita*] ut supra. Cic. l. 2. Ep. 16.

Dialogus 122.

Gersonus, Helvetus.

G. QVid de spectaculorum apparatu decretum est?

H. Instructiones quæque ad Rhombum delatæ sunt: quarum conclusio fuit, [*ut*] *ad ludos omnia pararet* Rhombus, [*neve*] illinc ullatenus moveret pedem. Quamplurima præcesserunt mandata: quibus strictè imperatum est [*ut neu*] latum unguem transgrediatur.

G. Quid autem?

H. In summa, omnia quam exactissimè fieri mandavit; & [*ut*] *nunc sunt mores.*

[Vt] *interdum iungitur cum* [*Neve*] *vel neu* Cic. Att. l. 13. ep. 41. [Vt] *interdum iungitur cum* [*neu*] Cæs. l. 3 de Bello Civili. [Vt] *sæpe usurpatur pro quomodo vel sicut.* Ter. Phorm.

mores. G. Id genus magnalia, pompas, & sollennitates parvi pendo. *Mihi quidem deliberatum est*, [*ut nunc est*] *abesse ab urbe*. H. Ille [*ut nunc*] *se* [*habet*] *in admirabili gloria est* constitutus.

G. *Non ut nolim sed* [*ut nunc fit*] triumphi jam sæpè visuntur. Triumphari autem temporibus antiquioribus raró concessum fuit. Non [*ut*] *apud nos* iam fuere frequentes.

H. Honor verò isti præ omnibus istius ætatis hominibus meritò debetur. Quis [*ut in malis*] gravissimis ita fuerit unquam profectus? Ille, [*ut*] strenuus, & prudentissimus ubique prævaluit. [*ut*] contempsit, & pro nihilo putavit omnium inimicorum conatus.

G. [*Vt*] *valet militia* ?

H. Optimè quidem adeo ut nunquam meliùs. *Verum* [*ut*] *ita sit* fatendum esset [*tamen*] tot fieri triumphos: eorundem tandem magnificentiam valde minui. [*Vt*] plura *omittam*: *hoc* [*certe*] *dicam*. Alia ætas illum Præmiis, & illis quidem munificis donasset. Triumphari autem non illi concessisset utique: hæc dixi [*non ut*] illum ex huius temporis hominibus fere principatum mereri non existimem; [*sed ut*] triumphi gloria & splendor, ex triumphantium frequentia minime extenuetur. G. Equidem non credo illum honoribus quibusdam indignum esse. H. [*Non*] sum hæc loquutus

[Vt *nunc est*] Cic. Att. lib. 15.
[*Vt nunc habet*. Cic. Att. lib.
[Vt *nunc fit*] Cic. l. 2. Ep. 17.
[*ut*] *sæpe in comparatione usurpatur pro si spectes*. Cic. in Brut.
[Vt *in malis*] *indidem est pro si spectes mala*. Cic. ad Q. F. l. 3. Ep. 1
[*ut*] *eleganter usurpatur pro utpote qui*. Cic. in Pis.
[*ut*] *pro quomodo, sæpe admirationi servit*. Cic pro Mil.

[*ut*] *interdum interrogantis pro quomodo*. Hor.
[*ut*] *in concessione, assumere solet* [*tamen*] *vel certè*. Cic. 5. Ver.
[*ut*] *in concessione assumere solet* [*certe*.] Cic. 10. Phil.
[*Non*] *ut*, *interdum assumit sed, vel* [*sed ut*] *a tas, sed quasi*. Cic. de optim gener. Orat.

tus [*non ut*] illum valde æstimem, [*sed quasi*] unum qui ad triumphandi gloriam, suo maximo splendore semper enitere cuperet. [*Vt ne*] *longiùs abeam*. Scias me hinc quidem dictitâsse hæc.

[*Non ut*] *interdum assumit* [*sed quasi*. Cic. l. 1. de Orat.

Vt, passim causæ vim habet, & finem significat; cui opponitur ne verum *sæpè* [*ut ne*] usurpatur *pro ne*. Ci. pro Cæcin.

Dialogus. 123.

Isidorus. Landus.

I. FAbrica illa quæ novissimè corruit, sine ulla prorsùs arte constructa esse videtur: tamen illi proximam cecidisse una, hoc aliquid in se miri continet. L. Ruere *illa non potuit* [*ut*] altera [*non*] concideret. I. Mediante autē altera imprudenter fabricata: Casus alterius domus miserrimè accidit. L. Verum profers, nec non quidem declaratum. [*Vt*] ita intelligant: [*ut ne*] de proximo lugeant, quinnimmò clarè fassus est. Attamen inter ipsos disceptatio magna sanè orta est. Petivi [*non ut*] absque matura consideratione componant [*sed*] adeo [*ut ne*] quid detrimenti alterutri adveniat. [*Vt ut*] *est* ipsi malè consensêre: nec causam in arbitrium referri voluerunt. [*Vt ut*] hæc sese habent; magnum [*tamen*] hoc dissi-

[*ut non*] *interdum adhibetur pro quin*. Cic. pro lege Manilia.

[*Vt*] *interdum iungitur cum* [*ut ne*] Cic. 1. de Orat.

[*Non ut, sed ut ne*] Cic. l. 2. Ep. 7

[*utut*] *idem est quod utcunque*. Cic. l. 6. ep. [*utut*] *interdum assumit tamen* Ter. Phor.

dium in utrorumque tandem dispendium evadet. [*Vt ut*] est; fieri [*certè*] non potest quin ex tanta disceptatione compatiatur uterque. I. *Romam* [*ut*] *ex Sicilia redii*, de eorum dissidio audivi. *Philippus* [*Vt*] *me salutavit* [*statim*] mihi hæc retulit. [*Vt*] audivi; [*confestim*] eorum utrunque accessi. [*ut primum* *perspexerim* utriusque pertinaciam [*statim*] me recepi, qui alias de utrorumque commodo, valde sollicitus fuerim. Frequens mihi amicorum concursus est. Hoc [*ut*] eorum [*quisque*] *me viderat*, *narrabat*.

L. An hoc in aliquorum arbitrium translatum est?

I. At, [*uti*] *cujusque ingenium erat*, [*ita*] *rem difficilem aut facilem* reconciliari *renunciarunt*. Sed [*uti*] in gravioribus dissidiis aliquando fit; [*sic*] in hisce minoris momenti disceptationibus adinvenitur. L. [*Vtcunque*] sese res habet; utrisque damnum in dies emergat.

I. Ne dicas, [*Vter*] plures adsciscat sibi amicos, *is vincat necesse est*. Nec adhuc judicare poterit quisquam [*uter utri*] amicis anteferendus sit. Duo advocati sunt qui in rebus agendis præclarissimi habentur. Horum [*utro*] uti nolenti utendum est [*altero*.]

[Vt ut] *interdum cum* [*certè*.]

[Vt] sæpe *usurpatur pro postquam*. Cic. 1. Ver.

[Vt] *interdum assumit* [*statim*] aut aliquid ejusmodi. Cic. Att. l. 12. Ep. 8.

[Vt] *interdum assumit* [*confestim*] Liv. l. 1. aut aliquid ejusmodi.

[Vt] *primum*] *significantius est quam ut, declarat enim simul ac. Iungitur autem cum* [*statim*] Cic. l. 5. ep. 2

[Vt *quisque*] *occasionem rei quotammodo declarat rite. dii*, Cic 2. Ver

[Vti] *pro ut, sæpe iungitur cum* [*ita*] *vel sic*. Salust Iugurth.

[Vti] ut supra cum [*sic*] Cic. Att l. 8. ep. 2

[Vtcunque] *est quomodocunque*. Cic. l. 1. Offic

[Vter] *de duobus distinctim dicitur*, *& utérque*. Cic part.

[*Vter*] *interdum iteratur*. Cæs l. 3. de Bel. Gallico.

[*Vter*] *cum* [*altero*] iungitur. Cic pro Sest

Dialog.

Dialogus 124.

Melibeus. Nintenus.

M. VSque quaque Aristotelis opus in Musæo quæsivi, nuspiam autem inveni. Mihi tandem venit in mentem te forsitan à me hoc accomodatum accepisse. Si [*utrum*] (*duo enim corpora sunt*) *an* [*utrumque*] *nescio.*

N. Nec integrum opus; nec unam, nec aliam istius partem mihi unquam accomodâsti: fallit tibi memoria quidem certè. Te Bembo, aut *Roberto* idem præstitisse fieri potest. M. Cum ita sit, tum demum dicam; [*utrum*] huic [*an*] illi nescio. *Ex* iis unus aut alter hoc certè tenet. N. [*Utrum*] ita *sentis*, [*an vero*] simules, penitus ignoro. M. Nullatenus dissimulare volo. N. Plura super his desine, & aliud tibi referam: *viz. Jeronimus* inexpectato venit; [V*trum*] ab iis ad quos Literas dedit; an per Senatus mandata; an alio quocunque medio intellexerit, me penitus latet. M. Quomodocunq; hæc illi innotuerunt parum refert. Adest autem ipse. N Optimi ingenii homo is est. Paucis abhinc diebus dilemma produxit, cujus ea conditio est: ut [*utrum*] accipiat quisvis, irretitur is. Tam acutè disputavit, ut adstantes in dubium

[Vter] *alias cum* [*utrque*] Cic. ad Q. Fr. l. 1.

[Vtrum] *cum* [*an*] sæpe dicitur *de duobus* Cic. l. 7. Ep. 13.

[Vtrum] *illi* [*an vero*] *sæpe dicitur de duobus.* Cic. At. l. 12. Ep. 50.

[Vtrum] *interdum de pluribus* dicitur. Cic 2. Ver.

[Vtrum] *interdum pro utrumvis usurpatur* Cic. 2. Div.

 biium

[*vtrum*] *nonnunquam cum* [*nec ne*] *iungitur.* Cic. Att. Brut. l. 1.
[*Vtrum*] *nonnunquam cum* [*an non*] *iungitur* Cic. in Ver.
[*vtrum*] *sæpe supprimitur.* Cic. ad Qu. Fr. l. 3. Ep 8,
[*vterque*] *de duobus coniunctim dicitur.* Cic. de Arusp.
[*uterque*] *cum* [*alter*] Cic. 1. Off
[*vterque*] *iteratum* Cæsar. 7. de Bel. Gal.

[*vtervis*] *utercunque uterlibet*, voce discrepant, usu eandem vim habent, nisi quod utervis maiorẽ habeat vim. Cic. de Senec.
[*vtervis*] ut supra. Cic. pro Rosc.
[*vtercunque*] ut supra Cic. l. 6. ep. 4
[*vterlibet*] ut supra, Cic pro Quinct.
[*vtinam*] *cum* [*certe,*] Cic. l. 15. Ep. 1.
[*vtinam*] *cum* [*profecto*] Saluft. Iugurt.
[*vtinam*] *cum* [*utique*] Cic. At. l. 13. Ep 20

bium verterat; [*utrum*] alicujus doctrinæ hominum annumerandus esset is, quocum disputatio habita esset [*nec ne*] in Dilemmate non multum refert [*utrum*] ftoc accipiatur [*an non.*] Qui hoc modo arguunr. In utrumque parati sunt. [*Velit, nolit*] convincitur quocum argumentaris. M. Super his plura eloqui desinas. Inter duos milites pugnatum est; adeo ut [*utrumq;*] *cecidisse* mihi relatum sit.

N. [*Vterque*] quidem occubuit. *Quorum* [*uterque*] magnanimi cum essent, *contempsit alterum.* M. At audias. *Cum* [*uterque utrique*] *in conspectu essent.* Verbis contumeliosis sese mutuos male exceperunt profecto: ex iis unus ob illius doctrinam vocitatur Rabbinus. At in hac re *minus* judicii *habuit quam nostrum* [*utervis.*] Duella & divinis & humanis legibus omnino opponuntur. Nunquam cuipiam ita faciendum esset, *dum* [*utrumvis*] eligat. Magnanimi utrinque, & in omnibus fuere pares: ut [*utercunque*] *vicisset non fuisset mirum,* [*utrumlibet*] ob eorum dotes laudasse potuisses. N. [*Vtinam*] autem eorum saluti prudentius consuluissent [*certè.*] [*Vtinam*] rei gravitatem intimius perpendissent [*profecto. Vtinam*] tam longè non fuissent à recto avocati [*utique*] Vtinam aliquis adfuisset utrivis amicus, cum primũ solenne odium hoc miserrime accepit, *utriq; postridie* hæc non accidissent,

ent. M. *Illud vero [utique] scire cupio.* Quis primus cecidit. N. Eorum nomina recensere non potero. At hoc intellexi: illum primo occubuisse qui alterum provocavit.

[utique] est omnino vel certè. Cic. Att. l. 13.

Laus Deo Trino-Vni.



Errata, sic corrige.

PAg. 1. linea 3. pro *Batavuae* leg. *Batavum*. p. 2. l. 1. *post accersiveris, & interrogationis signum*, leg. A. *majusc. quae interlocutorem denotat*. p. 4. l. 1. quin Ibid. l. 5 *acceperunt*. p. 5. l 8. nisi p 7. l. 6 *apperiar*. Ibid. l. 15 *peiiisti*. p. 8. l. 17 *ubibi* p. 10 l 19 *expungatur* M *majusc. & mutentur interlocutorum Literae dialogi ejusdem ad finem usque*. p. 13 l. 29 *Epistolas*. p 14. l 24 *reperiuntur* p. 16. l. 14 *expungatur* S. *majusc. interlocutor, & mutentur deinceps interlocutorum Literae ad dialogi finem usque*. p. 17 l. 13 mihi. p. 17 l. 22 *Bellum* p. 20 l. 7 *divisit*. p. 10. l. ult. *acriter*. p. 22 l. 12 ubi. p. 27 l. 22 *augustum*. p. 31 l. 5 *possivum*. p. 42 l. 2 *aperiris* p. 46 l. 3 *post sententiā serve interg. nota immediate subsequatur, at sit interlocutor* A. & *sic deinceps ad finē ejusdem dialogi usq. mutentur singulae interlocutorum literae*. p. 46 l ult. *commercia*. p. 47 l. 12 *expungatur enim* p. 53. l. 8 *post addis & signum ei immediatè subsequens scribe interlocutorē* L. & *subsequentium interlocutorū literae mutentur ad eiusdem dialogi finem usque*. p. 55 l 30. *quid ni* p 61 l. 21 *innotescat*. Ib. l. 29. *an quod* Ibid. l. 30 *honorariis*. p 66 l. 13 *convenero*. Ibid. l. 21. *quamque*. p 68 l. *brevi* Ib. l. 17 *afferent*. p. 69. l. 6 *post dijudicatum, & interrogationis signum ei immediatè subsequens instimul & exponet lege* N. *interlocutorem*,

nec